Φλεγματίας, ὁ, ET Φλεγματίης, Pituitosus, ut exp. ap. Hippocr. περὶ τῶν ἐν Κεφαλῇ Τρωμάτων [p. 287. 304. 389. Aret. 49.] Apud Hes. autem legitur, Φλέγματι, ἡ φλέγματα ἔχουσα. Cujus loci scripturam depravatam esse manifestum est; sed neque φλεγματίη, pro φλέγματα ἔχουσα, mendi suspicione careret. AT VERO Λευκοφλεγματίας ὕδρωψ, (qui et σαρκίτης, s. ἀνὰ σάρκα,) Qui totius corporis superficiem alba pituita plenam in tumorem extollit. [Aret. 49. * Λευκοφλέγματος, 1008. * Λευκοφλεγματώδης, 1121. * Λευκοφλεγματέω, 194. * Φλεγματιαῖος, Geop. 12, 22, 2.]

[* Φλεγματίζω, unde] Ἀποφλεγματίζω, Pituita purgo, Pituitam elicio. Diosc. 2. Ἀποφλεγματίζει τὴν κεφαλὴν, Caput purgat pituita. Marcellus scribit ἀποφλεγματίζειν Medicis esse, retinendo aliquid in ore et commanducando, qui in capite concreverunt noxios humores purgare. Vulgo ἀποφλεγματίζω κεφαλὴν exp. Capitis pituitam purgo. Sed aptius Caput pituita purgo. UNDE Ἀποφλεγματισμὸς, Purgatio s. Repurgatio a pituita, Id quo utimur ad eliciendum pituitam, et repurgandum ab ea: ἀποφλεγματισμοὶ, inquit Gorr., sunt Medicamenta quæ vel gargarizata, vel commanducata, vel palato illita, pituitam e capite in os eliciunt. Diosc. 5. Εἰς ἀποφλεγματισμοὺς εὐθετεῖ. [Gal. 6, 179. Alex. Trall. p. 1. * Ὑποφλεγματίζω, Pituitam emitto, p. 29.]

" Ἐκφλεγματοῦσθαι, In phlegmata converti. Hip-
" pocr. de Victu in Morb. Acut. (394, 36.) Τὰ μὲν
" γὰρ πικρὰ διαλύεται καὶ ἐκφλεγματοῦται. Ubi γρά-
" φεται etiam Φλεγματοῦται."

Φλεγμαίνω, Ardeo, Æstuo, Exæstuo, Effervesco, Ferveo. E Diosc. 1. Φλεγμαίνοντα παρίσθμια, Inflammatæ tonsillæ, Inflammationes tonsillarum. Et metaph. ap. Greg. Naz. Φλεγμαίνων τῇ πονηρίᾳ, Crudelitate fervens s. ardens, Bud. Idem ex Eod. p. 109. affert φλεγμαίνειν pro Inflammari ira et furore. De cujus loci interpretatione dicam et paulo post. Sed multo frequentius ponitur pro Intumesco, Intumeo, Tumeo, Turgeo. Nisi potius reddi debeat Intumesco cum inflammatione. Affertur quidem certe φλεγμήνη ex Aristot. redditum a Gaza utroque modo, sc. Intumescat inflammeturque. Ac certe nonnullis in ll. utramque signif. commode admittere videtur, vel potius alterutram, ut ap. Synes. de Insomn. Ἤδη δέ ποτε καὶ τὴν ὅλην κατασκευὴν τῆς γλώττης ὑλομανοῦσάν τε καὶ φλεγμαίνουσαν ὀνομάτων καινότητι. Plato Timæo, Ὅσα δὲ φλεγμαίνειν λέγεται τοῦ σώματος, ἀπὸ τοῦ κάεσθαί τε καὶ φλέγεσθαι, διὰ χολὴν γέγονε πάντα, ubi tamen Fic. vertit, Quæcunque partes corporis intumescere dicuntur, a bilis incendio et combustione vexantur. Atque ita interpretando jungit φλέγεσθαι cum διὰ χολήν: cum ego contra recte post φλέγεσθαι interpungi existimem; et Platonem velle φλεγμαίνειν perinde esse ac si diceretur φλέγεσθαι, quod est κάεσθαι. Fateor alioqui, (quod et paulo ante dixi,) frequentius poni pro Intu-

mesco, Tumeo, etc. itidemque Hes. φλεγμαίνω exp. ὀγκοῦμαι et φυσῶμαι: sed in hac signif. μεταφορικῶς plerumque usurpatur. Plato de Rep. 2. Ἡ μὲν οὖν ἀληθινὴ πόλις δοκεῖ μοι εἶναι ἣν διεληλύθαμεν, ὥσπερ ὑγιής τις· εἰ δ', αὖ βούλεσθε καὶ φλεγμαίνουσαν πόλιν θεωρήσωμεν, οὐδὲν ἀποκωλύει: ubi Bud. vertit Luxuriantem et deliciis affluentem ultra modum. Sed ego malim, Luxu et deliciis tumentem, turgentem, tumidam, turgidam. Suidas hæc Plat. verba afferens, sic tamen ut Auctoris nomen taceat, φλεγμαίνουσαν πόλιν, addit metaphoram esse ἀπὸ τῶν ἑλκῶν τῶν διὰ φλεγμονὴν κινδυνευόντων ἐκρήσσειν. Synes. φλεγμαίνοντα ὀνόματα dixit eod. modo, quo e Latinis quidam Orationem turgere et inflatam esse dixerunt. Alio autem metaph. genere illa φλεγμαίνοντα ὀνόματα possumus interpr. Sesquipedalia verba, ex Horat.: vel simplicius, Grandia. At vero φλεγμαίνοντα πράγματα vocantur Res turbulentæ, ut Plut. Παραμείνας χρόνον ὅσον τὰς μεγίστας κατασβέσαι ταραχὰς, καὶ τὰ φλεγμαίνοντα μάλιστα καταστῆσαι καὶ διαλῦσαι τῶν πραγμάτων, ἀπῆγε τὸν στρατόν. Huc sane pertinet et quod affertur ex J. Poll. (9, 4, 23.) p. 336. φλεγμαίνουσα πολις, ἡ ὀχλώδης, θλιβομένη. Quin etiam quemadmodum Tumere et Turgere dicuntur interdum de superbientibus et ferocientibus, sic et φλεγμαίνειν usurpatum e Plat. affertur. Ita certe et ap. Chrys. φλεγμαίνει commode accipi posse videtur, in Comm. Ep. ad Coloss. Λογ. 2. fol. 69. in principio, Ὁρᾷς πῶς μαινομένους ὁ πλοῦτος ποιεῖ ὁ πολύς; πῶς φλεγμαίνει; Quoniam autem et ira intumescere dicimur, et jecur nostrum bile tumere, forsitan in illo Greg. Naz. loco, ubi exp. Inflammari ira, possit etiam reddi verbo Intumescere. ["Thom. M. 579. 881. Jacobs. Anth. 6, 71. 367. Wakef. Trach. 1089. Act. Traj. 1. p. 255. ad Herod. 261." Schæf. Mss. "Intumesco, de oratione, Philostr. 21.: de immodico luxu, 77. Tumeo, ut μαστοὶ, Clem. Alex. 121.: de cibis, 174. De fame, Ælian. H. A. 127." Wakef. Mss. M. Anton. 4, 49. Κοιμίζεται τὰ φλεγμήναντα τοῦ ὕδατος, Æstum compescit. Φλεγμᾶναι, Lobeck. Phryn. 24. *Φλεγμαντὸς, unde Ἀφλέγμαντος, quod vide supra.]

Φλεγμονὴ, ἡ, Inflammatio, Tumor cum inflammatione. Definitur a quibusdam, Tumor durus et calidus cum tensione, renisu ac dolore et pulsatione. Sed pro Calidus dicendum potius esset Fervidus, sequendo eam exp., qua traditur esse ὄγκος πυρώδης. Affertur vero et φλεγμονὴ πυρώδης e Diosc. 1. pro Fervida collectio, ex Hermol. interpretatione, in VV. LL. quæ testantur ab eod. Diosc. 3. tradi quid sit φλεγμονή. Ibid. e Plin. 22, 25. Impetus rubicundi tumoris, pro φλεγμονή: item Collectiones et impetus, pro οἰδήματα καὶ φλεγμοναὶ ap. Diosc.: Gal. in Hipp. de Fract. Προσλαβὼν δὲ σφυγμὸν ὁ τοιοῦτος ὄγκος καὶ θερμασίαν πυρώδη, τὴν ὀνομασθεῖσαν πρότερον ἰδίως ἀποτελεῖ φλεγμονήν. Convenit autem hoc, quod περὶ σφυγμοῦ dicit ἐν φλεγμονῇ, cum hoc Plut. loco in Alexandro, Ὑπὸ φλεγμονῆς τῶν τόπων σφυγμοὺς ἐχόντων. Quibus subjungit, non hunc olim fuisse vocis φλεγμονὴ usum, sed omnem φλόγωσιν ea significatam fuisse: verum ab Erasistrati temporibus consuevisse dici φλεγμονὴν de Tumoribus illis in quibus est non solum θερμασία φλογώδης, sed etiam ἀντιτυπία et σφυγμός. Idem Comm. in Progn. Hippocr. scribit, quam recentiores peculiariter φλεγμονὴν vocant, hanc appellasse Hippocratem σκληρὸν καὶ ἐπώδυνον οἴδημα. Φλεγμονὴ, inquit Gorr., Inflammatio. Duobus modis dicitur: uno quidem, generaliter Omnis ardor citra tumorem, vel etiam Tumor cui dolor et ardor, qui proprie φλόγωσις dicitur, inest; sive is a sanguine, sive a bile, sive ab humore melancholico gignatur. Hæc fuit ap. veteres τῆς φλεγμονῆς signif. Altero vero specialius dicitur, et ab Erasistrati sæculo cœpit usurpari, ad illos tumores significandos, quibus non modo calor accidit, sed renixus etiam et pulsus et rubor; ii enim, quia frequentius contingunt, idcirco totius generis appellationem sibi vindicarunt. Est autem hujus phlegmones specialiter dictæ continens causa sanguis, subjectum autem, musculus. Quippe A calidus et copiosus sanguis, ubi in musculum procubuit, fervorem inducit aliaque plurima symptomata: appellaturque morbus ipse φλεγμονή. Ac primum quidem majores arteriæ venæque opplentur atque distenduntur, ut quæ abundantiæ non sufficiant: ab his deinceps minores: atque ita res procedit, donec ad minimas sit perventum: mox, si fluxio non sistitur, sed in iis valenter impacta est, nec in iis satis continetur, partim ejus per ipsarum ora, partim per tunicas veluti colatum foras in ea spatia, quæ inter vasa sunt, transmittitur, sic ut etiam omnia loca spatiaque ipsa vacua, quæ inter prima sunt corpora, fluxione impleantur. Sic omnia ab humore omnique e parte incalescunt ac perfunduntur etc. Aliquanto post, E phlegmonis aliæ non modo majores minoresve sunt, sed aliquæ magis minusve exquisitæ. Ac exquisita quidem sinceraque est, quæ fit ex optimo sanguine et mediocris consistentiæ: non exquisita vero, quæ fit a sanguine cui aliquis alius humor admistus sit. Illa, φλεγμονὴ simpliciter dicitur, hæc B non absolute, sed vel φλεγμονὴ ἐρυσιπελατώδης, vel οἰδηματώδης, vel σκιρρώδης. Ceterum omnis phlegmone contrahitur a fluxione, quam vel manifesta causa vel etiam occulta excitarit. Manifesta quidem, ut cum offenso pede glandulæ inflammantur; occulta vero, quando aliqua parte delegante, aut toto corpore transmittente, et affecta parte ob debilitatem recipiente, aut propter dolorem vel calorem attrahente, sanguinis copia affluxerit. Verum omnis phlegmone, quæ sanescit, aut digeritur, aut concoquitur; si digeritur, e toto curatur; si vero concoquitur, in abscessum transit, qui ἀπόστημα dicitur. ["Metaphorice, Inflammatio libidinis, Inflammata libido, ap. Athen. 10." Schw. Mss. "Casaub. p. 28. Jacobs. Anth. 6, 71." Schæf. Mss. Greg. Naz. Muratorii p. 175. χόλον. "Furunculus, h. e. Tuberculum acutum cum inflammatione et dolore, 3, 12. Hes. Φλεγμονὴ· ὄγκος πυρώδης, συρρυέντων ἐπὶ τὸ ἀσθενήσαν μέρος τῶν ὑγρῶν, καὶ τῇ παρὰ φύσιν θερμασίᾳ φλεγόντων τὸ πεπονθός: quæ ipsa glossa cum C glossemate legebatur in Lex. Ms. Morelli in Scholiis ad Dion. Chrys. p. 8. extr. Phav. Φλεγμονή ἐστιν ὄγκος ὀδυνηρὸς, καὶ ἀντίτυπος, καὶ θερμός. Vide Cels. 5, 28. et Foes. Lex. Hippocr. Φλεγμοναὶ αἰσθητηρίων, Inflammationes earum corporis partium, quibus sentimus, 3, 5." Fischer. Ind. Æschin. Dial. Socr. "Libido venerea, Actus venereus, Philes p. 270. τοῦ σαρκίου." Schleusn. Mss.] Φλεγμονώδης, Inflammationem habens, Inflammationi permistus, Cum inflammatione conjunctus, et quidem ea quæ phlegmone dicitur, ut ἐρυσίπελας φλεγμονῶδες, quod quidam ausi sunt barbare interpretari Erysipelas phlegmonosum. [* Φλεγμονέω, unde *Ἐπιφλεγμονέομαι, Alex. Trall. 2. p. 125.]

Ἀναφλεγμαίνω, Rursus ardeo s. æstuo, etc. sequendo primam signif. simplicis φλεγμαίνω, Rursus intumesco. Sed pro simplici φλεγμαίνω sæpe accipitur, ut Plut. Antonio (83.) Ἀνεφλέγμηνε γὰρ αὐτῆς τὰ στέρνα τυπτομένης, Intumuerunt. Ἀποφλεγμαίνω, Ardere s. Æstuare desino s. Inflam- D mari, Tumere desino, Tumorem depono. Gal. Σπληνικοί εἰσιν οἷς φλεγμαίνοντες οἱ σπληνες εἰς τὸ κατὰ φύσιν οὐκ ἀποκαθίστανται, οὐδὲ ἀποφλεγμαίνουσιν, ἀλλ' αὐτοῖς παραμένει ἡ σκληρία. ["Plut. Mor. 1, 47." Schæf. Mss. *Ἐπιφλεγμαίνω, Hippocr. 785. *"Περιφλεγμαίνω, Anna C. 357." Elberling. Mss. *Συμφλεγμαίνω, Aret. de M. A. 2, 8. *Ὑπερφλεγμαίνω, Hippocr. 411, 41. 417, 50. *Ὑποφλεγμαίνω, Schneidero susp.]

Φλεγμαῖος etiam ATQUE Φλέγμας leguntur in VV. LL. et Φλεγμαῖος quidem exp. Inflatus: at Φλέγμας esse traditur Genus aquilæ flavæ; adjungiturque vocab. Φλεγύας. Quibus additur Hesychii, tanquam Auctoris, nomen: ad quem te remitto, præsertim quod ad vocem illam Φλεγύας attinet. Non enim Φλεγύας, SED PLUR. Φλεγύαι ap. eum legitur, diciturque fuisse Gens quædam injuriosa et impia. Quod si de his plura scire cupis, cum ap. alios invenies, tum ap. Etym. et Eust. [ad Il. N. 301., ubi v. Heyn.:] qui præterea scribit, ἀπὸ τῶν Φλε-

γυῶν fuisse ap. Phocenses VERB. Φλεγυᾷν pro ὑβρίζειν. Ab Eod. commemoratur et URBS Φλεγύα, cujus civis sit DICTUS Φλεγύας, Φλεγύα, ET Φλεγύης. ITEM Φλεγνεὺς, ET Φλέγυς, Φλέγυος. Vide Steph. B. Sed Φλεγύας pro illo Φλέγμας, ap. Eust. extat. Apud eum enim, p. 933. legimus e quodam Lex., Φλεγύας esse etiam nomen ξανθοῦ ἀετοῦ, idque κατὰ γλῶσσάν τινα dictum videri. Usus vero est hac appellatione Hesiod. 'A. (134.) Μορφνοῖο φλεγύαο καλυπτόμενοι πτερύγεσσι, ubi μορφνοῖο φλεγύαο exp. Nigræ aquilæ. Quidam tamen avem vulturi similem esse potius existimarunt. A Φλεγύας autem veniam ad NOMEN Φλεγυρὸς, quod exp. Ignitus, Ardens, quoniam Gal. Gloss. Hippocr. dicit φλεγυρὸν esse πυρῶδες, τὸ οἷον φλέγον. Afferturque ex Aristoph. 'A. (665.) Δεῦρο, μοῦσ' ἐλθὲ φλεγυρὸν πυρὸς ἔ-Χουσα μένος. Sed in VV. LL. φλεγυρὸν exp. etiam Quod facile ignem concipit, ut stipula. Ibid. Injuriosus, Damnosus: item, Splendidus: sequendo sc. expositionem Hesychii, ap. quem legitur φλεγυρὰ, ὑβριστικὴ, λαμπρά. Sed hæc posterior exp. priore loco potius poni debuit, utpote conveniens cum illa, qua φλέγειν dicitur interdum esse λάμπειν: atque adeo cum ea, qua hanc ipsam vocem φλεγυρὸν significare dicit πυρῶδες: nam τὰ πυρώδη sunt λαμπρά. Quod autem ad alteram illam attinet, secundum quam φλεγυρὰ est ὑβριστικὴ, videri possit hoc nomen in ista signif. ad Φλεγύας illos respicere, quos ὑβριστικοὺς fuisse memoriæ proditum est: quemadmodum verbum φλεγυᾷν pro ὑβρίζειν, inde manasse, paulo ante dictum fuit. ["Brunck. ad Aristoph. l. c. Toup. Emendd. 2, 396. Opusc. 2, 302." Schæf. Mss. "Φλεγυρὰ ψῆφος, Flagrans rumor, Angl. The common talk of the town, interprete Toupio ap. Athen. 344." Schw. Mss.] Ceterum et NOM. Φλεγεὸς pro ἐρυθρὸς, Ruber, nam Gal. φλεγεαὶ exp. ἐρυθραί, non dubito quin et ipsum ἀπὸ τοῦ φλέγειν manarit; talem enim esse flammæ colorem nemini ignotum est. Verum pro φλεγεαὶ suspicetur fortasse quispiam reponi debere φλόγεαι, cum etiam series alphabetica, quam observat Gal., non admittat e, sed o, eo in loco. "Φλέγος, i. q. φλέγμα, Hes."

Φλέξις, εως, ἡ, Incensio, Incendium, Exustio. Sed comp. κατάφλεξις potius usurpari existimo. ‖ Φλέξις, ιδος, inter Aves nominatur ab Aristoph. Ὄρν. (883.) Καὶ πελεκίνῳ καὶ φλέξιδι, Καὶ τέτρακι, καὶ * ταῶνι.

[* Φλεκτὸς, unde] Ἄφλεκτος, ὁ, ἡ, Non ustus, [Eur. Hel. 1334.] Non coctus, tostus, ex Apoll. Rh. (1, 1074.) ἄφλεκτα ἑδοντες. [* "'Ἀφλέκτως, Jo. Damasc. H. in Theog. 191. (105.) Εὐχὴ, 129. Method. 417. * Ἀφλεξία, Pisid. de M. O. 1472. (422.)" Kall. Mss.] "Εὔφλεκτος, Inflammatu s. Ustu facilis, ut "εὔφλεκτα ξύλα, Hesychio εὐκαῆ." [Xen. K. Π. 7, 5, 9. Arrian. 2, 19, 1. ὕλη.] ITEM Ἡμίφλεκτος, (pro quo et ἡμιφλεγὴς,) Semiustus. "Πάμφλεκτος, Omnia "comburens s. inflammans, Soph." [Ant. 1006. Ἑλλ. 1139.] "Sic ap. Athen. 8. (p. 342.) πυρὶ παμφλέκτῳ "παραδώσω." [* Φλεκτικὸς, Pisid. Opif. 423. * "Φλεκτικῶς, Nicet. Eugen. 1, 89." Boiss. Mss.]

Φλὸξ, γὸς, ἡ, Flamma. Il. Θ. (135.) Δεινὴ δὲ φλὸξ ὤρτο θεείου καιομένοιο: I. (212.) Αὐτὰρ ἐπεὶ κατὰ πῦρ ἐκάη, καὶ φλὸξ ἐμαράνθη: Ψ. (228.) Τῆμος πυρκαϊὴ ἐμαραίνετο, παύσατο δὲ φλὸξ, (33.) Εὐόμενοι τανύοντο διὰ φλογὸς Ἡφαίστοιο, sc. ὕες. Addit vero et in aliis plerisque Il. gen. hunc isti nomini. Et quod ap. Eund. legimus non uno in loco, φλογὶ εἴκελος et φλογὶ ἴσος, possumus, ut opinor, dicere simile esse his Latinis loquendi generibus, Ingenio fervidus, Fervidi animi vir: item Fervidum ingenium, Fervidus animus. E Soph. (Œd. T. 166.) affertur φλὸξ πήματος, metaphorice itidem pro πημονὴ διάπυρος. Non minus autem frequens est hujus nominis usus et in soluta oratione. Xen. K. Π. 7, (5, 9.) Ἃ ταχὺ παρακαλεῖ πολλὴν φλόγα: Ω. (7, 4.) Τί ποτε ὁ μὲν λύχνος, διὰ τὸ λαμπρὰν φλόγα ἔχειν, φῶς παρέχει. Ut autem hic λαμπρὰν φλόγα dicit, sic Plut. Fabio, φλόγα λάμπειν. Καθάπερ φλόγα λάμψασαν ἀπὸ μικρᾶς καὶ κούφης δυνάμεως. Aristot. Meteor. 4. p. 212. Φλὸξ, ἢ πνεῦμά ἐστιν, ἢ καπνὸς καόμενος. Vide Eund. περὶ Γενέσεως καὶ Φθορᾶς, 155. In VV. LL. affertur sine Auctoris nomine, φλὸξ πυρὸς, pro Flammeum incendium; sed reddere possumus magis ad verbum Flamma ignis: [legitur in Act. Apost. 7, 30. ἐν φλογὶ πυρὸς, al. ἐν πυρὶ φλογὸς, ex Exodo 3, 2.: v. Valck. Schol. in N. T. 1, 426. 2, 397.] ‖ Φλὸξ est et Nomen cujusdam floris. Vide Πορφύριον, T. 3, c. 490. [Schn. Ind. Theophr. "Wakef. Alc. 770. Markl. Iph. p. 382. Wakef. Ion. 1281. Toup. Add. in Theocr. 403. Append. p. 38. Jacobs. ad Meleagr. p. 14. 37. Flos, Anth. 8, 233. Πυρὸς φλὸξ, Bianor 9. Epigr. adesp. 192." Schæf. Mss. Acies gladii, LXX. Jud. 3, 22. v. Schleusn. Lex. V. T. Athen. 475. Λύχνος ἔχων φλόγας ἀνακεχυμένας.]

COMP. Φλογόλευκος, ET Φλογοφαῖος, NEC NON Φλογόδερπνοι, ITEM Ἀμφίφλοξ, ET Ἔμφλοξ, [et * Καλλιφλοξ.] Dicitur autem φλογόλευκος esse color inter Flammeum et album medius: [Hes. * ἐρυθρόλευκος:] sicut Φλογοφαῖος, Color e flammeo et fusco. Tertium Φλογόδερπνοι Hes. exp. ἄνθρακες, i. e. Carbones: ["a δέρπω, δέδορπα, unde δόρπον." Schn. Lex. v. Δόρπον.] At Ἀμφίφλοξ ex Eur. affertur pro Ancipitis et dubiæ flammæ, cum alioqui sonare videatur Utrimque flammam habens. Ultimum Ἔμφλοξ, (ea forma dictum, qua ἔμπυρος,) redditur Inflammatus, Ignitus. Affertur autem ex Epigr. ["Philippi 22." Schæf. Mss. Anal. 2, 218. * Καλλίφλοξ, Eur. Ion. 706. πέλανον.]

[* Φλογοβαφὴς, Laur. Lydus de M. R. 2, 13. p. 116. * Φλογοειδὴς, Flammæ speciem habens, Plut. 7, 353. 8, 231. 776. 9, 691. Mario 17. Pomp. 68. "Eunap.? ap. Suid. v. Ἀβρογάστης." Boiss. Mss. Hippocr. 489, 37. * "Φλογόφθορος, Nicet. Eugen. 1, 89. * "Φλογοφόρος, Planud. Ovid. Met. 2, 155." Boiss. Mss. "Andr. Cr. 240." Kall. Mss. * "Φλογηφόρος, Heliod. Carm. de Chrys. 173. λαμπτήρ." Schleusn. Mss. * Φλογοιδοῦμαι, Ardore intumesco, Schol. Lycophr. 35. * Φλογωπὸς, Flammeus, Æsch. Pr. 253. πῦρ, 507. σήματα: vide Blomf. Gloss. "Oculos inflammans, Mich. Apost. Prov. 13, 34." Schleusn. Mss. "Eust. 58, 14." Seager. Mss. "Porson. Med. p. 94. * Φλογὼψ, ibid." Schæf. Mss. * Ἄφλογος, Lycophr. 36. * Πολύφλογος, Etym. M. v. Ζαφλεγὲς, Hesych. v. Ζαφελές.]

A nomine Φλὸξ derivata sunt hæc etiam ADJ. Φλόγεος, ET Φλογερὸς, ET Φλόγινος, ET Φλογόεις, ET Φλογώδης: quæ sonant Flammeus, quod a Flamma itidem derivatum est. Sed exp. etiam Ardens, Fervidus, Lucidus, Splendidus, Fulgidus. Alicubi et Rutilus, item Ruber. Apud Hom. (Il. E. 745.) φλόγεα ὄχεα exp. λαμπρά. Sic ap. Hippocr. φλόγεα, λαμπρὰ, sicut et διάπυρα. Sed φλόγεος, et φλογερὸς, quod ex Epigr. affertur, sunt potius Poetica: at φλόγινος et φλογώδης non minus sunt orationis solutæ: ut φλογίνη ῥομφαία, Greg. Naz. Flammeus gladius: [LXX. Gen. 3, 24.] Sed et color quidam φλόγινος ap. Athen. (539.) inter pretiosos numeratur, sicut ὑσγινοβαφὴς, et κυάνεος, inquit Bud. Affertur et φλόγινον ἴον e Theophr. (H. Pl. 6, 8, 1.) pro Flammea viola. [Schn. autem * φλόγιον dedit: vide nott.] Itidemque φλὸξ Floris quoque nomen est, ut supra dictum fuit. Ultimi autem adjectivi φλογώδης exemplum habes in Φλεγμονή. Hes. φλογῶδες exp. καυστικόν. ["Φλόγεος, Jacobs. Anth. 11, 155. Theocr. 22, 211. Eur. Hec. 1089. Toup. Opusc. 2, 274. ad Charit. 324. Koen. ad Greg. Cor. 202(=433.) * Φλόγειος, ibid. * Φλόγιος, Jacobs. Anth. 6, 122. Lucian. 2, 86. Const. Manass. Chron. p. 45. Meurs. Φλογερὸς, Brunck. Apoll. Rh. 143. Jacobs. Anth. 11, 155. ad Charit. 748=324. (301.) Toup. Add. in Theocr. 403. Φλογώδης, Lobeck. Aj. p. 391." Schæf. Mss. "Φλογερὸς, de colore, Opp. K. 2, 91." Wakef. Mss. Eur. Hel. 1136. Conf. c. βλοσυρὸς, Spitzner. de Versu Gr. Her. 156. * Φλογερώνυξ, Jo. Gazæus Ecphr. 545. ap. Rutgers. VV. LL. 2, 7.]

AT VERO Φλογιὴ subst. est, significans i. q. φλὸξ, Flamma, ap. Nicandr. 'A. (392.) πολλάκι θάλψας Ἐν φλογιῇ: [534. 599. Θ. 54. * "Φλογία, Wakef. Trach.

698." Schæf. Mss. Epiphan. 1, 897. * Φλογερὸς, Gl. Ardor. * Φλογάνα, ἡ, i. q. φλὸξ, Aristophanes Pollucis 10, 119. Schneidero susp. "Porson. Phœn. 236." Schæf. Mss.] Est et aliud subst., non itidem adjectivi formam habens, VIDELICET Φλογὶς, ἴδος, ἡ: sed huic alia signif. assignatur, sc. Carnes assæ, cum et J. Poll. dicat esse ὀπτὸν κρέας: et Athen. itidem (656.) φλογίδες, ὀπτὰ κρέα: unde quidam interpr. Gallice Carbonades, sed generalior illa exp. esse videtur. Et DIMIN. Φλογίδιον, quod videri queat significare Parvum frustum carnis assæ, sequendo signif. datam præcedenti φλογίς: sed Hesychio φλογίδια sunt αἱ κεγχρίδες δι' ἐλαίου σκευαζόμεναι. Ab illo porro subst. Φλογὶς commode potest deduci VERB. Φλογίζω, quod respondere videtur Latino Ustulo, licet alicubi exponatur etiam Uro, Incendo, sicut φλέγω. Quidam interpr. Flammigo; nam φλογίσει Hes. exp. καύσει. [Soph. Trach. 95. Phil. 1196. Schleusn. Lex. V. T. "Perf. pass. πεφλόγισμαι, Schol. Od. Ψ. 89." Wakef. Mss. * "Φλόγισμα, ad Mœr. 398." Schæf. Mss. "Τῶν ἄρτων τὰ φλογίσματα, Hes. v. Οὐδ' ἅλα, Hettæ, Casaub. in Theocr. c. 21." Gataker. Mss.] Ab hoc autem sunt VERBALIA Φλογισμὸς, ET Φλογιστός. Potestque φλογισμὸς reddi Ustulatio, vel aliter etiam, prout sc. interpretabimur verbum φλογίζω. Hes. φλογμὸς, de quo paulo post dicetur, exp. per hoc φλογισμός. At φλογιστὸς, licet nomen, participio Ustulatus commode redditum iri videtur, cum tamen VV. LL. interpretentur duntaxat Ardens, Splendidus. [Soph. El. 58.] Huic porro φλογιστὸς est CONTR. Ἀφλόγιστος, Non ustulatus, quod Bud. e quodam affert, quem non nominat, nullaque addita interpr., scribens, Φλογιστὰ διαφέρει τῶν ἀφλογίστων καὶ * ἀνθρακευτῶν. [Hes. v. Ἄπρητον. * Φλογιστήρ, unde * Φλογιστήριος, e quo contr. * "Φλογίστρα, ἡ, Ustrina, Locus ubi sues mactatæ uruntur et depilantur, Suid. v. Εὐστρα." Schleusn. Mss. * Ἀναφλογίζω, Meleager Ep. 26. * "Ἀντιφλογίζω, Theod. Prodr. Rhod. 74." Boiss. Mss. * Ἀποφλογίζω, Hes. v. Εὐστρα. * "Ἐκφλογίζω, Accendo, Inflammo, Pseudo-Chrys. Serm. 14. T. 7. p. 281, 25. Τὰς ὄψεις αὐτῶν ἐκφλογίζουσιν." Seager. Mss. "Jacobs. Anth. 1, 1, 50." Schæf. Mss. "Theodor. Studita in Jamb.: vide Coteler. Patr. Apost. T. 2. p. 4." Kall. Mss. Stob. Ecl. 1. p. 35. Theophili Epist. 9. Ἐκπεφλόγισται τὸ περιστέρνιον. * Ἐπιφλογίζω, unde * Ἐπιφλόγισμα, Hippocr. 1253. Erotian. v. Φῶδες. "Aristoph. Fr. 253." Schæf. Mss. * Καταφλογίζω, Ps. 17, 8. Πῦρ κατεφλόγισεν, sec. Vat. et Alex. * Παραφλογίζω, unde * Παραφλόγισμα, Quod ad ignem coctum, tostumve est, Achæus Athenæi 368. * "Περιφλογίζω, ad Herod. 411." Schæf. Mss. Spohn. de Extr. Odyss. Parte p. 199. * Περιφλογισμὸς, Symm. Theod. Deut. 28, 22. * Συμφλογίζω, LXX. Es. 42, 25. 2 Macc. 6, 11.]

Habet ι et VERBUM Φλογιάω, quod redditur Inflammor cum rubore, e Gal. Lex. Hipp. At VERBUM Φλογόω, habet ο, et signif. itidem Inflammo, Incendo. Sic Φλογοῦμαι, Inflammor. [Φλογοῦσθαι, Gl. Flammescere, "Meurs. ad Apoll. Dysc. p. 84." Schæf. Mss.] Unde VERBALE Φλόγωσις, ἡ, Inflammatio. Et peculiariter ap. veteres pro ea, quæ postea φλεγμονὴ appellata fuit, i. e. Tumor cui non modo calor, sed etiam renixus, pulsus, ruborque inest, cum φλόγωσις posterioribus temporibus fuerit appellatus Omnis fervor inflammationique similis affectus. Vide Gal. Usus est Thuc. in descriptione pestis, (2, 49.) Πρῶτον μὲν τῆς κεφαλῆς θέρμαι ἰσχυραὶ, καὶ τῶν ὀφθαλμῶν ἐρυθήματα, καὶ φλόγωσις ἐλάμβανε. [Diod. S. 17, 115. Themist. p. 61.] Est et aliud VERBALE Φλόγωμα, (cui posteriorem locum ideo dedi, quod minus sit usitatum, alioqui priorem daturus,) quod exp. Ustulati panis quasi pustula; cum tamen hæc sint Hesychii verba, Φλογώματα, τῶν ἄρτων τὰ ἐπικεκαυμένα. [* Ἀναφλογόω, Tzetz. Exeg. in Il. 44, 22. * Ἀποφλογόω, Max. Tyr. 425. Τὰ ὄμματα ἀποφλογοῦνται.] Hinc COMP. Ἐκφλογόω, Inflammo, Flammam ejaculor, VV. LL. Et pass. particip. ἐκφλογούμενος, Inflammatus, vel potius Flagrans, ut præsens tempus præseuti reddatur. Nisi quis malit Flammans. [Aristot. Mirab. 34. Theophr. Fr. 3, 67. 71. 75. * Ἐκφλόγωσις, Ejaculatio flammæ, Diod. S. 624=2, 251. "Inflammatio, Schol. Il. A. 50." Wakef. Mss. * "Ἀνεκφλογόομαι, Gal. de Simpl. Potest. 3. T. 2. p. 16, 42. Ald. p. 31, 22. Bas.; sed male in utraque Ed. disjunctim legitur, Ὅ, τι γὰρ ἂν ἐκφλογοῦνται." Schn. Lex. Suppl.] A φλὸξ denique est et DIMIN. Φλόγιον, τὸ, [s. Φλογίον,] q. d. Flammula, Longin. [35, 4. "Matth. ad Gloss. Min. p. 18." Schæf. Mss.]

[* "Φλογέω, Orac. Sibyll. 3. p. 329. δύναμις φλογέουσα, sed leg. φλογόεσσα." Schn. Lex. Suppl. Φλογεῖται, Gal. Gloss. Hippocr. 590. * "Ἀφλόγητος, Theod. Prodr. 347. fors. ἀφλόγιστος." Elberling. Mss.]

Φλογμὸς autem, (quod fortasse malit quispiam ante Φλὸξ collocari,) est Ardor, Æstus: Τὸν ἀφ' ἡλίου φλογμὸν, Philo. Itidemque Lucian. de ardore solis, (2, 3.) Μεσοῦντος θέρους ἐν πολλῷ τῷ φλογμῷ: [3, 645.] At VV. LL. φλογμὸς interpr. Incendium, Rogus: item Ignis, Flamma, et Fulgur, e Bud. ap. Philon. ["Eratosthenes 2. Wakef. Eum. 943. Musgr. Hel. 1177. Eur. Hec. 474. Bergler. ad Alciphr. 49." Schæf. Mss. "Æstus, Greg. Nyss. 3, 189." Wakef. Mss. "Fulgur, Clem. Alex. 570. Ardor, 630. Flamma, Lycophr. 691. Fulmen, Eur. Suppl. 1019." Kall. Mss. "Φλ. τῶν παθῶν, Flamma affectuum, Philo J. P. 2. p. 180. Pf." Schleusn. Mss. "Const. Manass. Chron. p. 120." Boiss. Mss. Cf. Φλεγμός. * Φλογμοτύραννος, Euseb. Pr. E. 5, 13. p. 201. * "Φλογμώδης, var. lect. Lucian. 2, 895." Wakef. Mss.]

Ἀναφλέγω, Rursum incendo, Reincendo, Rursus comburo. Vel pro simplici φλέγω, Incendo, Inflammo, Comburo: et Ἀναφλέγομαι pass. Rursum incendor, Denuo comburor, vel pro φλέγομαι simpliciter, Incendor, Comburor: unde ἀναφλεγεὶς, Combustus, Incensus. || Usurpatur etiam metaphorice utraque vox, ut Lat. Incendo, Accendo, Inflammo. Plut. Alcib. (17.) Ὁ δὲ παντάπασι τὸν ἔρωτα τοῦτον ἀναφλέξας αὐτῶν: [Pelop. 32. Nicia 7.] Affertur vero et ἀναφλεχθῆναι e Plat. Epist. 7. pro Exardere ira s. Excandescere. ["Firmus Epist. 3." Boiss. Mss. "Musgr. Rhes. 110. Jacobs. Anth. 6, 71. 9, 56." Schæf. Mss. * Ἀνάφλεξις, Inflammatio, Plut. Lysandro 12. * "Προσαναφλέγω, Insuper s. Ulterius inflammo, Phot. ap. Wolf. Anecd. Gr. 1, 103." Kall. Mss. "Nili Epist. 334. p. 324." Boiss. Mss.] "Συναναφλέγω, Simul uro, Concremo," ["Philo J. 2, 27." Wakef. Mss. * Ὑπαναφλέγω, Ælian. V. H. 14, 41.]

[* Ἀντιφλέγω, Vicissim illustro, Pind. Ὀ. 3, 36. Ἑσπέρας ὀφθαλμὸν ἀντέφλεξε Μήνα.]

[* Διαφλέγω, Incendo, Comburo, Ælian. Epist. 18. Plut. 7, 322. Alcib. 39. Mario 16. LXX. Ps. 82, 13. Ὡς πῦρ, ὃ διαφλέξει δρυμόν.]

Ἐκφλέγω, Exuro. Nam ut φλέγω, Uro: sic ἐκφλέγω, Exuro, eadem utrobique præp. eund. usum habente. Affertur autem ex Aristoph. (Εἰρ. 608.) hoc comp. ἐκφλέγω. [De oratore, Longin. 12, 3.]

"Ἐμφλέγω, Inflammo s. Comburo in," ["Quint. Mæc. 9. Huschk. Anal. 33." Schæf. Mss. Nicander Θ. 338. Δήγματι δ' ἐμφλέγεται κραδίη. * "Ἔμφλογος, Const. Manass. Amat. 9, 82." Boiss. Mss.]

Ἐπιφλέγω, Incendo, Inflammo, Comburo. Apud Hom. præp. vehementiam aliquam significationi addere videtur, Il. B. (445.) Ἤτε πῦρ ἀΐδηλον ἐπιφλέγει ἄσπετον ὕλην. ["Musgr. Phœn. p. 190. Brunck. ad Æsch. Pers. 393." Schæf. Mss. Il. Ψ. 52. Dionys. P. 1110. Pind. Ὀ. 9, 34. Π. 11, 69. Ælian. H. A. 15, 9. * Ἐπίφλεγμα, Jambl. Protr. 362. Kiessl. * Ἐπιφλεγής, Aristot. 1, 719. (Physiogn. p. 141.) χρῶμα. * Ἐπιφλογής, Schneidero susp.: vide Suppl. ad Ejusd. Lex. Crit. * Ἐπίφλογος, unde * Ἐπιφλογοειδής, e quo * Ἐπιφλογώδης, Hippocr. 191.]

Καταφλέγω, Comburo, Exuro, etiam Penitus uro. Apud Suid. in Πυράφλεκτος legitur, Ἐφλέγετο γὰρ, οὐ κατεφλέγετο δὲ, Igni enim ardebat, non tamen comburebatur. Pro quibus habes, Ἐκαίετο πυρὶ, οὐ κατεκαίετο δὲ, in Πυράφλεκτος, inter compp. e πῦρ. Et partic. aor. 1. καταφλεχθεὶς, Combustus. ["Flam-

mæ instar consumo, Suid. v. Φῆστος." Schleusner. Mss. "Wakef. Trach. 437. 1000. S. Cr. 5, 157. Wessel. Obs. 277. Toup. Emendd. 2, 627. Ardeo, Heyn. ad Apollod. 231." Schæf. Mss.] Καταφλεξις, Combustio, Exustio, Conflagratio, Deflagratio, ["Schol. Pind. Π. 1, 34." Boiss. Mss.] AT VERO Καταφλεξίπολις, quod est ἀπὸ τοῦ καταφλέξαι πόλιν, ex Epigr. affertur pro Incensor s. Exustor urbis. ["Jacobs. Anth. 11, 318." Schæf. Mss. * Κατάφλεκτος, Adustus, Heliod. 1. p. 2. * "Ἀκατάφλεκτος, Nomoc. in Coteler. Monum. 480." Kall. Mss. * Εὐκατάφλεκτος, unde adv. * "Εὐκαταφλέκτως, Evagr. H. E. 4, 27." Boiss. Mss. * "Καταφλεκτικὸς, Aptus ad comburendum, Qui facile comburit, Amphil. 44. Cyrill. Hier. 199." Kall. Mss. * Ἐγκαταφλέγω, Geop. 9, 6, 3.] Συγκαταφλέγω, cum ap. alios, tum Lucian. (1, 72. 2, 928.) pro Una s. Simul comburo, [Herodian. 7, 12, 14. Schol. Pind. Ὀ. 13, 56.]

Περιφλέγω, Amburo, Circumquaque uro. Exp. etiam, ἐπὶ πολὺ καίω. [Gl. Uro, Amburo. "Dio Chrys. 2, 96." Wakef. Mss.] Περιφλεγὴς, Ambustus. At in VV. LL. Perustus, Ardens. Ibid. περιφλεγῆ στύλον, e Sap. 18. redditur, Ardentem columnam. [3 Macc. 3, 29. Περιφλεγέστατος, Plut. 8, 795. δίψος.] Afferunt et ADV. Περιφλεγῶς, pro Ardenter, Vehementi ardore. Et e Plut. Cat. (336.) Διψήσας π., ὀξος ᾔτησε, Siti perustus, acetum poposcit. [* Περιφλεκτος, adv. * Περιφλέκτως, Eunap. V. Soph. p. 9=13.]

[* "Προσφλέγω, Aduro, Chrys. de Sacerd. 3. T. 6. p. 22, 34. Τὴν δὲ λοιπὴν ἅπασαν οἰκοδομὴν — ἀπ' ἐκείνου τοῦ καπνοῦ προσέφλεξε καὶ ἠμαύρωσεν ἅπασαν." Seager. Mss.]

[* Συμφλέγω, Comburo, Eur. Bacch. 595. Schol. Pind. Π. 11, 50. LXX. Es. 42, 25. "Antiphil. Byz. 2." Schæf. Mss. * "Ὑπερφλέγω, Theod. Prodr. 230." Kall. Mss. * Ὑποφλέγω, Anthol. 4. p. 493.]

AT VERO Φλεγέθω Poeticum est pro φλέγω, Incendo etc., item Ardeo, ut ap. Hesiod. Θ. (846.) κεραυνοῦ φλεγέθοντος, exp. Fulminis ardentis. Apud Hom. autem (Il. Ψ. 197.) pass. φλεγεθοίατο activa etiam signif. extat. Hinc Πυριφλεγέθων, quod vide inter compp. e Πῦρ. [* Ὑποφλεγέθω, Nicander Ἀ. 282.]

ΦΛΕΩ, ῶ, Nugor. Nam Hes. φλέοντας vult esse φιλοῦντας, vel φλυαροῦντας. Eust. quoque sicut θύος e θῶ, ita φλύος e φλῶ esse dicit, quod Archilochus usurparit ἐπὶ φλυαρίας. Etym. itidem ac Suid. φλεδὼν ac φλεδονεία volunt a φλέω esse, pro quo dici ETIAM Φλύω tradunt. Sed et φλήναφος e φλέω deduci scribit, quod sit idem cum φλύω. Habet alioqui φλέω et aliam signif.; nam idem Hes. φλεῖ exp. γέμει, εὐκαρπεῖ, * πολυκαρπεῖ, Plenus est s. Refertus, Fœcundus est s. Ferax, Fructu abundat. Etym. quoque Φλῶ exp. γέμω et εὐκαρπῶ: adjungitque NOM. Φλεὺς, quod de Baccho dictum tradit ap. Chios, παρὰ τὸ εὐκαρπεῖν: cum ap. Hes. legatur Φλέω, Διονύσου ἱερόν. ["Heyn. Hom. 6, 599." Schæf. Mss.] At sequendo Ælianum (V. H. 3, 41.) epithetum Bacchi EST Φλεών: legimus enim ap. eum, accus. φλεῶνα, uti scribit veteres pro * πολυκαρπεῖν dixisse φλύειν: atque hinc Dionysium appellasse Φλεῶνα, sicut Προτρύγην et * Σταφυλίτην et Ὀμφακίτην, aliisque nominibus. Ubi fortasse reponendum fuerit φλέειν, pro φλύειν. [Cf. Plut. Symp. 5, 8. Τὴν χλωρότητα καὶ τὸ ἄνθος τῶν καρπῶν φλόον προσηγόρευον· εἶναι δὲ καὶ τῶν Ἑλλήνων τινὰς, οἳ * Φλοίῳ Διονύσῳ θύουσιν. Schol. Apoll. Rh. 1, 115. Καὶ αὐτὸς δὲ Διόνυσος * Φλυοῦς ὠνομάζετο, ἀπὸ τοῦ φλύειν τὸν οἶνον, ὃ ἐστιν εὐθηνεῖν.] At VV. LL. nec non Greg. Gyrald. habent etiam VERB. Φλεύω: quod tamen nullius Lexicographi aut Gramm. testimonio comprobatum invenio. Ac certe φλεβάζοντες, non φλεναζοντες ap. Suid. et Etym. legitur: cujus THEMA Φλεβάζω, Scaturio. Affert tamen duplicem deductionem Etym. sc. a v. φλέω, vel ἀπὸ τῶν φλεβῶν: secundum quam fuerit proprie φλεβάζω, Scaturio tanquam e vena; at priorem illam derivationem sequendo, merito videri queat scr. potius esse φλεναζω. Quod autem ad φλῶ attinet, Eust. dicit esse ὁρμὴν ἔχω: unde esse οἰνόφλυξ, secundum quosdam. Sciendum est porro inveniri ETIAM Φλοίω, sed pro Vireo, et Vigeo, si Plutarcho credimus, Symp. 5, (8.) cum dixisset EPITH. Ὑπέρφλοια datum esse μήλοις ab Antimacho, διὰ τὴν ἀκμὴν, ut quidem Gramm. nonnulli censebant. Apud Eund. (722.) legimus, Μάλιστα χλωρὰν καὶ φλοίουσαν, ὡς Ἀντίμαχος ἔφη, τὴν ὀπώραν. [Est etiam subst. * "Φλοὰ, Herba, Aristot. de Mundo 3. Πεποίκιλται δὲ (ἡ γῆ) καὶ φλοαῖς μυρίαις, Innumerarum herbarum varietate, Bud." Seager. Mss. "Φλέω, Phryn. Ecl. 130. Valck. Phœn. p. 312. Φλέω, Φλεύω, ad Herod. 411." Schæf. Mss. "Φλέω, Refertus sum, Eust. Il. 959. Ælian. V. H. 307." Wakef. Mss. Æsch. Aj. 365. Bl. Φλεόντων δωμάτων ὑπέρφεν, Domibus extra modum affluentibus: 1389. Μήλων φλεόντων εὐπόκοις * νομεύμασιν. Cf. Lat. Fleo, Lucr. 1, 349. uberibus flent omnia saxa Guttis. Vide omnino Schn. Lex.]

Φλεδὼν, ὀνος, ἡ, Nugæ. AT VERO Φλέδων, ονος, ὁ, (ἡ,) Nugator, Nugax. Hes. autem φλέδων est ὁ ἀλαζὼν et εὐήθης. Estque ap. hunc pro φλυαρία scriptum itidem φλέδων paroxytone, cum Etym. habeat φλεδὼν pro φλυαρία, et Gal. plur. itidem φλεδόνες, non φλέδονες, pro φλυαρίαι itidem: et ap. Eust. [ad Od. B. p. 1431, 49.] φλεδὼν de homine quoque dictum, scribatur: de homine inquam eo, qui et σάβος, ac σαβάσιος, nec non βάκχος, et βαβάκτης, et βάβαξ, et ἐμμανής. Suidas quidem certe habet φλεδὼν oxytone, pro ἡ φλυαρία: deinde φλέδων paroxytone, de homine. [Φλεδόνες, Plut. 7, 654. "Φλέδων, Timon Phlias. 5. (ap. Diog. L. 2, 108.)" Schæf. Mss. Nugatrix, Blomf. Gloss. in Æsch. Ag. 1166= 1206. Ἡ ψευδόμαντίς εἰμι θυροκόπος φλέδων; Anthippus Athenæi p. 403. et Xenophanes p. 462. ex emend. Scaligeri pro * φενδόνας.] Ceterum hinc est VERB. Φλεδονεύω, Nugor, Inepte garrio. A quo NOMEN Φλεδονεία, Nugacitas, Nugæ, Ineptiæ, Inepta garrulitas. Quorum utrumque extat ap. Etym. et Suid. At Hes. habet et vocem PASS. Φλεδονεύεσθαι, ITEM Φλεδονεῖν pro φλυαρεῖν, Nugari, et pro ἀναισθητεῖν. Affertur et nomen ADJ. Φλεδονώδης, ex Hipp. pro Nugax, Nugo, sicut et Gal. φλεδονώδεα exp. φλύαρον. Videri alioqui possit φλεδονώδης esse potius Nugatorius: ea quidem signif. qua quidpiam nugatorium esse dicitur. [* Φλενοδώδης, Erot. p. 380. Franz.: Gal. autem Comm. 3. in Prorrhet. L. 3. tradit * φλεβοιδόνας, non φλεδόνας veteres dixisse τὰς φλυαρίας: vide nott. ad hunc p. 590. Franz., et ad Erot. l. c., Spohn. de Extr. Odyss. Parte p. 243-4. Schn. Lex. Suppl. h. v. et v. * Φλοδὼν, quod affertur ex Hippocr. T. 1. p. 166.] Invenitur porro ET Φληδᾷν pro Nugari, verso ε in η. Φληδῶντα, ληροῦντα, Hes. "Φελγύνω, Desipio, Nugor, Hes."

ITEM Φλήναφος, (quod et ipsum quomodo a præcedente φλέω deducit Etym. ap. eum vide,) Nugæ. Et plur. ap. Suid. in Λῆρος, quidam Anonymus dicit, Πολλὰ γάρ μοι ταῦτα καὶ ἐκ μειρακίων ἐδόκει λῆροί τε καὶ φλήναφοι. Interdum vero Nugator, Nugo, Nugax, Stultiloquus, Synes. Ep. Τὴν φλήναφον γραῦν. Habere autem φλήναφος utramque signif., ostendit et is e quo afferuntur hæc, Φλήναφος, καὶ φλυαρία, καὶ φλυαρῶν. Hes. tamen ita exp. ut de homine duntaxat accipere videatur. [Lucian. 1, 9. 595. 3, 321. "Thom. M. 317. et Add. ad p. 897. Toup. Opusc. 2, 175. Mœris p. 384. et n." Schæf. Mss. Liban. 4, 623. * "Φληναφοτερθρεία, Const. Manass. Chron. p. 74(=139. Meurs.) sed Codd. habent divisim, αἱ φλήναφοι τερθρεῖαι." Boiss. Mss.] Dicitur alioqui ETIAM Φληναφία pro φλυαρία. Suidas postquam φλήναφος exposuit μωρολόγος, addit, καὶ φληναφία θηλυκόν. Qui autem φλήναφος, idem DICITUR ET Φληναφώδης, Nugator. Nam Gal. ap. Hippocr. φληναφώδεις exp. φλύαροι. Ex illo φλήναφος factum fuit et VERB. Φληναφέω, SIVE Φληναφάω, Nugor, Stulte loquor. Prius illud ap. Aristoph. legitur N. (1475.) Ἐνταῦθα σαυτῷ παραφρόνει καὶ φληνάφει [—α.] Posterius hoc ex Hes. habemus, Φληναφᾷ, φλυαρεῖ, μωρολογεῖ: item Φληναφῶντα, φλυαροῦντα.

["Brunck. Aristoph. 2, 129. 3, 27. (Ἱππ. 664.) Thom. M. 898." Schæf. Mss. Alexis Athenæi 336. Γι ταῦτα ληρεῖς, φληναφῶν ἄνω κάτω Λύκειον, Ἀκαδημίαν κ. τ. λ. * Φληνάφημα, Eur. Epist. 5. Schol. Aristoph. Θ. 468. * Φληναφεύω, ibid.] Addam his et VOCEM Φλῆφος, quam Hes. exp. itidem φλύαρος, sed mihi mendi suspectam. Invenitur ETIAM Φληνύω, SEU Φληνίω, pro Nugor. Nam φληνύουσα Gal. ap. Hippocr. exp. φλυαροῦσα, ubi vet. quoddam exemplar habet φληνίουσα per ι, in secunda syllaba. [Item * Φλανύω, unde] "Φλανύσσω, Garrio, Ineptio, "Deliro. Hes. exp. φλυαρῶ et ληρῶ." [Nec non * Φλαίνω, unde * Ἐκφλαίνω, aor. 1. inf. ἐκφλῆναι, Eur. ap. Etym. M. v. Φλήναφος, πρὶν ἂν ἐκφλῆναί με καὶ μαθεῖν λόγον. Vide Schn. Lex. v. Φλέω.]

¶ Φλύω illi Φλέω subjungendum, ac prius de iis in quibus convenit illi cum φλέω, agendum esse censeo: sequendo ea quæ antea de hoc verbo dicta sunt, in Φλέω. ["Ruhnk. Ep. Cr. 138. Valck. Phœn. p. 312. ad Herod. 411. Phryn. Ecl. 130. Wakef. Tracb. 1183. Jacobs. Anth. 6, 131. 7, 389." Schæf. Mss. Blomf. Gloss. in Æsch. Pr. 513. S. c. Th. 658.] E φλύω igitur significante i. q. φλέω, non dubium est quin sit FACTUM Φλύος, quod Archilochus pro Nugis usurpavit: ἐπὶ φλυαρίας, si Eustathio [ad Od. p. 523.] credimus. Posse tamen hoc, sicut et sequentia, derivari a φλύω, alius etiam signif. respectu, docebo infra. Inde factum est præterea multo usitatius VOCAB. Φλύαρος, Nugæ, Ineptiæ. Item Res vanæ, Res futiles, nullius momenti. Aristoph. N. (365.) Αὗται γάρ τοι μόναι εἰσὶ θεαί, τἄλλα δὲ πάντ' ἐστὶ φλύαρος. Plut. Symp. 7, (2.) Ὤιετο παιδιὰν εἶναι φλύαρον. Auctor Axiochi, (3.) Πάντα τοιγαροῦν τὸν τοιόνδε φλύαρον ἀποσκέδασαι, Omnes hasce nugas et ineptias ex animo tuo expelle. Sed hoc quoque non de re tantum, verum de homine etiam dicitur, et quidem ap. hunc ipsum Auctorem (§. 13.) Cum autem homini tribuitur, reddendum est Nugator, Nugax, Inepte loquax, Inepta garrulitate utens, Stultiloquus. [Φλύαροι, Gl. Gerrones.] Invenitur et φλύαρος λόγος ap. Plut. ["Thom. M. 898. Wakef. S. Cr. 4, 106. De quant., Brunck. Aristoph. 2, 55." Schæf. Mss. Fischer. Ind. Æschin. Dial. Socr. * Φλυαροκόπος, unde * "Φλυαροκοπέω, * Φλυαροκοπία. Zonar. et Lex. Upsal. Ms. Σαγγάριος· ποταμὸς Φρυγίας, ὅτι Σάγγαν τινὰ ἀσεβηθέντα εἰς τὴν Ῥίαν μετέβαλεν εἰς τοῦτο τὸ ὕδωρ, καὶ ἀπὸ τούτου τὸν τόπον κληθῆναι. Οὕτως φλυαροκοποῦσιν οἱ ἄφρονες Ἕλληνες. Eandem vocem Straboni 1. p. 166. Siebenk., ubi φλύαρους σκοπεῖν vulgatum, Lobeck. Phryn. 416. sagaciter restituere conatus est, reluctante Schn. in Vol. Supplem. h. v. propter Codd. duorum Par. auctoritatem exhibentium, Οὐδ' ἐχρῆν ἐν ὑποθέσει τοιαύτῃ φλύαρους ἐκεῖνον ἐπισκοπεῖν. Sanumne autem credis ἐπισκοπεῖν? Aut in vulg. lect. ad Lobeckii mentem emendata acquiescendum, aut recepta Parisiensium scriptura ἐπικόπτειν leg. De ἐπικόπτειν vide Pressel Beyträge zu Schneiders Griech. Wörterbuche p. 40. De voce autem φλυαροκοπεῖν, quocunque modo de Strab. loco judices, dubitari non potest, cum præsertim proba vox sit φλυαροκοπία, inventa ap. Zonar. v. Παιὰν et in Lex. Upsal. eod., quod modo excitavi, ubi Zonaræ verba repetuntur, p. 16." Osann. Auct. Lexx. Gr. 165.] Φλυαρολόγος, q. d. Nugiloquus, i. e. Qui nugas loquitur. Φλυαρολογέω, Nugas loquor, Nugor. Φλυαρολογία, q. d. Nugiloquentia, si hanc vocem fingere fas est. Alioqui reddi potest, Sermo nugatorius, ineptus. [Auctor Axiochi §. 15. "Schol. Aristoph. N. 1109." Boiss. Mss.] Sunt vero itidem COMP. Φλυαρογράφος, ET Φλυαρογραφέω, ET Φλυαρογραφία. Nam φλυαρογράφος est Nugarum scriptor; φλυαρογραφία, Nugarum scriptio; φλυαρογραφῶ, Nugas scribo. Potest tamen φλυαρογράφος reddi etiam Nugax scriptor, s. Ineptus: et ceterorum duorum interpretatio ad hanc accommodari. Afferuntur autem e Schol. Nicandri (Ἀ. 214.) φλυαρογραφοῦντες et φλυαρογράφοι pro Nugarum scriptoribus: [Οἱ Ἰταλιῶται τοὺς φλυαρογραφοῦντας * φλυζογράφος ἐκάλουν. * "Ἀφλύαρος, Nugas non amans, Serius: unde τὸ ἀφλύαρον, Nugarum fuga, Animus a nugis alienus, M. Anton. 5, 5." Schw. Mss. * Πολυφλύαρος, Phot. Bibl. 240. (465.) * "Φιλοφλύαρος, Hasius ad Leon. Diac. 245." Boiss. Mss.] Est præterea e φλύαρος factum nomen ADJ. Φλυαρώδης, Nugatorius, Nugax, [Plut. Lycurgo 6. "Wakef. Trach. 1183." Schæf. Mss. * Φλυαρίτης, unde] "Μακροφλυαρίτης, Prolixus nugator," [s. * "Μακροφλυαρήτης, Jacobs. Anth. 9, 487." Schæf. Mss.] Φλυαρία, Nugæ, s. potius q. d. Nugacitas. Redditur etiam Loquacitas inepta, et Ineptiæ. Plato Apol. (3.) Ἄλλην πολλὴν φλυαρίαν φλυαροῦντα. Plut. Symp. 8. Λαλιᾶς δὲ ἀτάκτου καὶ φλυαρίας. Sed dicitur a Luciano φλυαρία sicut de verbis, ita et de rebus futilibus. Dici vero et φλύαρον de rebus, docui supra. [Lucian. 1, 268. 2, 253. 298. Aristæn. 60. Max. Tyr. 461. Synes. 70. Clem. Alex. 683. "Thom. M. 576. 898. Heind. ad Plat. Gorg. 147." Schæf. Mss. Φλυαρίαι, Gl. Argutiæ.] Φλυαρέω, Nugor, Inepte garrio, Ineptio, Blatero. Aristoph. Σφ. (85.) Ἄλλως φλυαρεῖτε: (Πλ. 360.) Παῦσαι φλυαρῶν. Interdum vero adjunctum casum habet, sc. accus. ut ap. Plat. de Rep. 1. Οὐκ ἀποδέξομαί σου, ἐὰν τοιαῦτα φλυαρῇς, Si talia nugeris, tales nugas effutias. Ex Eod. in Apol. habuisti paulo ante, Ἄλλην πολλὴν φλυαρίαν φλυαροῦντα: quod perinde est ac si dicas Nugas nugantem. At vero ap. Eund. in Gorg. Ποῖα ὑποδήματα φλυαρεῖς ἔχων; Bud. vertit, Quos, malum, calceos deblateras? Sed videtur φλυαρεῖν in hoc loco aliisque hujusmodi, esse, Blaterando s. Nugando commemorare. At cum accus. personæ, et quidem præced. etiam dat. rei, novum videri possit ap. Jo. Ep. 3, (10.) Λόγοις πονηροῖς φλυαρῶν ἡμᾶς. Ubi redditur a veteri etiam Interprete, Verbis malis garriens in nos. Novum, inquam, videri id possit, pro καταφλυαρῶν ἡμῶν. || Pass. Φλυαρεῖσθαι dicitur quidpiam Nugando dici, vel Dici ab eo qui nugatur, Deblaterari. Greg. Naz. Τοῦτο φλυαρεῖται ἡδέως. Eust. βέβακται exp. πεφλυάρηται. Bud. φλυαροῦμαι interpr. Nugis afficior, et nugas hominum blateronum patior; affertque e Diog. L. Cleanthe, Ἄτοπον γὰρ εἶναι, τὸν μὲν Διόνυσον καὶ Ἡρακλέα φλυαρουμένους ὑπὸ τῶν ποιητῶν μὴ ὀργίζεσθαι, αὐτὸν δὲ ὑπὸ τῇ τυχούσῃ βλασφημίᾳ δυσχεραίνειν. ["Thom. M. 576. 898. Wakef. Trach. 1183. Fischer. ad Palæph. 149. Xen. K. Π. 58. (1, 4, 11.) Ilgen. ad Hymn. 464. Clark. ad Il. A. 265. Conf. c. φυλάττω, ad Herod. 648." Schæf. Mss. Fischer. Ind. Æschin. Dial. Socr. Ionice Φλυρέω, Herod. 7, 104. * Φλυάρημα, Joseph. c. Apion. 2, 9. Dionys. H. 2. p. 35, 4. * "Ἀποφλυαρέω, Const. Manass. Chron. p. 73(=138.)" Boiss. Mss. * "Ἐκφλυαρέω, Exibilo, Subsanno, cum accus. pers., Schol. Aristoph. Πλ. 885. (vide T. H. p. 305.)" Kall. Mss.] Καταφλυαρέω, cum gen., ut καταφλυαρῶ σου, Adversus te deblatero. Sed additur plerumque accus. rei, ut ap. Diog. L. (in Aristot. p. 172, 10. H.St.) Μή τι σου κατεφλυάρησα; ["Hermes Pœmand. p. 10. K. τινός τι, Theod. Prodr. in Notit. Mss. T. 8. P. 2. p. 196. Καταφλυαρῶν ἡμῶν τῆς σιωπῆς, Greg. Naz. Epist. 1." Boiss. Mss. * "Συμφλυαρέω, Una nugor, cum dat., M. Anton. 9, 41." Kall. Mss. Schol. Soph. Trach. 442. * Ὑπερφλυαρέω, Phrynichus Bekkeri 68.]

AT VERO Φλύαξ, ακος, ὁ, eand. quidem originem, non eand. tamen signif. habet, sed affinem, quatenus quidem certe exp. γελοιαστὴς ab Hes. Hæc enim VOX Γελοιαστὴς significat Jocatorem, i. e. eum qui jocari solet s. gaudet: quem fortassis Jocosum aliquis appellare malit. Interdumque et in malam partem pro Scurra poni existimatur. Quatenus vero ab eod. Lexicographo φλύαξ exp. μέθυσος, quo significatur Ebriosus, Vinolentus, convenit hic usus verbi φλύω cum eo quem habet in οἰνόφλυξ. Sciendum est porro φλύακας a Suida exponi etiam κιναίδους: quos φλύακας Sotadem scripsisse tradit. Athen. autem (621.) quos e Græcis alii δεικηλιστὰς, (ita enim scr. potius quam δικηλιστὰς,) alii φαλλοφόρους, alii αὐτοκαβδάλους nominarint, ab Italis φλύακας appellatos ese tradit. [Athen. 86.

ubi v. Cas. et Schw., Lydus de M. R. 1, 41. p. 70. Reuvens, Collect. Liter. 69. "Jacobs. Anth. 6, 421. 7, 244. Valck. Adoniaz. p. 280. Toup. Opusc. 1, 400. 446. Bibl. Crit. 1, 2. p. 34." Schæf. Mss.] Apud eund. Athen. (86.) LEGITUR Φλυακογράφος, Scriptor φλυάκων, ut Sopater. ["Jacobs. Anth. 6, 421. Toup. Epist. de Syrac. 327. Append. in Theocr. p. 10. Opusc. 1, 399. (* Φλυακογραφέω, unde) * Φλυακογραφία, Eichst. de Dram. 51. Toup. Opusc. 1, 398." Schæf. Mss. Suid. v. Ῥίνθων. * Φλοίαξ, i. q. φλύαξ, Alexander Ætolus Athenæi p. 699.]

Composita autem habet Φλύω pro Nugor, hæc DUO, Ἐπιφλύω, ET Περιφλύω, ut quidem annotant VV. LL. ex Apoll. Rh.: ap. quem tamen nondum hoc posterius inveni: at ἐπιφλύω legitur 1, (481.) Τοῖα φάτις καὶ τοὺς πρὶν ἐπιφλύειν μακάρεσσιν Υἷας Ἀλωϊάδας, ubi Schol. exp. φλυαρεῖν et λοιδορεῖν. Quod autem ad περιφλύω attinet, quatenus exp. Amburo, ad alteram verbi φλύω signif. referri debet.

SED ET Φλύζω pro φλύω, significante Nugor, ap. Nicandr. extat, Ἀ. (214.) Αὐτὰρ ὁ μηκάζει, μανίης ὑπο μυρία φλύζων. Exp. enim φλυαρῶν. ["Jacobs. Anth. 6, 131." Schæf. Mss.]

Φλύω, (sicut et Φλύζω, AC Φλύσσω,) signif. etiam Ferveo, Bullio, Ebullio, Fervendo s. Bulliendo strido. Φλύζειν proprie dicimus lebetes, inquit Schol. Apoll. Rh., καιομένους ἀναβάλλειν τῇ θερμότητι τὸ ὕδωρ. [* "Φλυγμός, Method. 302. πυρός." Kall. Mss.] Et COMP. Ἀναφλύω pro eod., Il. Φ. (361.) ἀνὰ δ' ἔφλυε καλὰ ῥέεθρα: paulo post autem, καλὰ ῥέεθρα πυρὶ φλέγετο, ζέε δ' ὕδωρ, ubi Eust. ἀνέφλυε pro ἀνέζεε dictum esse tradit, κατά τινα μίμησιν ἤχου. Atque hinc φλύειν ac φλυαρεῖν poni pro ἐν οὐ δέοντι λόγους προϊέναι, adeo ut φλύαρος sit quasi ὁ ἀναζέων τοῖς λόγοις. ["Heyn. Hom. 5, 639." Schæf. Mss.] "Ἀναφλύστιος, ὁ, Masturbator, si non mentiuntur "VV. LL. Alioqui enim Ἀναφλύστιος dicitur δημότης "τῆς Ἀντιοχίδος φυλῆς: cujus φυλῆς δῆμος vocatur "Ἀνάφλυστος, ab Anaphlysto heroe: ab eoque sunt "adverbia localia, Ἀναφλυστόθεν, Ἀνάφλυστόνδε, "Ἀναφλυστοῖ, ap. Steph. B. Meminit et Suid." ["Brunck. Aristoph. 2, 52." Schæf. Mss.] "Ἀπο-"φλύειν, Hes. ἀπερεύγεσθαι, Eructare, pro quo et "ἀποβλύειν s. ἀποβλύζειν dicitur:" [etiam * Ἀποφλύζειν, Apoll. Rh. 3, 582. ὕβριν ἀποφλύζωσιν. Archilochus Photii v. Κύψαι, Κύψαντες ὕβριν ἀθρόην ἀπέφλυσαν. * Διαφλύω, et * Διαφλύζω, Gal. διαφλύοντα· ὑγραίνοντα: Διαφλυχθεῖσα· διαχυθεῖσα, ὑγρανθεῖσα: Διαφλυχθέν· ὑγρανθέν. * Διάφλυξις, unde διαφλυξιες, Eid. ὑπερβλύσεις. * Ἐκφλύω, Gal. v. Ἐκβράσσει.] Itidemque Φλύζω ab Hes. exp. ἀναζέω: quin etiam voce PASS. Φλύζομαι ad hujus expositionem utitur. Galenus autem ap. Hippocr. φλυζούσησι exp. βλυούσαις: et φλύεται ap. Eund., ὑγραίνεται. [Cf. Διαφλύω.] Ceterum a φλύω est et COMP. Περιφλύω, sed pro Amburo, tanquam sc. a Φλύω significante Uro; nam in Aristoph. N. (396.) περὶ κεραυνοῦ, i. e. De fulmine, Καὶ καταφρύγει βάλλων ἡμᾶς, τοὺς δὲ ζῶντας περιφλύει, Schol. exp. περικαίει ἐπιπολῆς. Verum ipsi etiam simplici φλύω Bud. hanc exp. tribuit, (quam haud scio unde sumserit, ac certe suspectam habeo,) ut dicatur ἐπὶ τοῦ πυρὸς, ὅταν ἐπιπολαίως ἅψηται. ["Brunck. Aristoph. 3, 201. ad Herod. 411. Schneid. Ecl. 2, 141." Schæf. Mss.] Est autem et Περιφλεύω significans Amburo, de quo dicam in Περιφλοίζω, post Φλοίζω in Φλοιός. At de VERBO Φλύσσω, (quod Hes. exp. non ἀναζέω, sed ἐρυγγάνω, Eructo,) dicam et in proxime sequente tmematio.

Ab illo autem φλύω sunt NOMINA Φλυκτὶς ET Φλύκταινα, Eust. teste: qui tamen postea dicit videri esse a VERBO Φλύσσω, φλυξω, sicut et οἰνόφλυξ. Qua in re lubenter ei subscribo, et addo, sicut φλυκτὶς et φλύκταινα derivantur potius a φλύσσω, sic a Φλύω deductum esse NOMEN Φλύσις, quo significatur ab Hippocr. Eruptio (Gal. ἐξάνθησιν appellat) in cute, e superfluitate humoris qui est in corpore. Φλυκτὶς autem et φλύκταινα dicuntur de Tumore s. Tuberculo in cute ex adustione. Eust. dicit τὸ ἀποκαύσεως ἐν σαρκὶ ἀνάστημα. Redditur autem utrumque uno verbo, Papula, Pustula; sed hæc patere latius quam illam Hesychii definitionem, minime quis negare possit. Thuc. 2, (49.) loquens de corpore eorum qui sæva illa peste corripiebantur Athenis, Ἀλλ' ὑπέρυθρον, πελιδνὸν, φλυκταίναις μικραῖς καὶ ἕλκεσιν ἐξηνθηκός. Philo V. M. 1. Καὶ τὰ σώματα εὐθὺς συνῴδει ταῖς ἐξανθήσεσιν, ὑποπύους ἔχοντα φλυκταίνας. Apud Aristoph. autem Σφ. (1119.) τῆσδε τῆς χώρας ὕπερ Μήτε κώπην, μήτε λόγχην, μήτε φλύκταιναν λαβὼν, Schol. esse dicit φύσκαν ἐν τῇ χειρὶ ἐκ τοῦ κωπηλατεῖν: sed fortasse pro κωπηλατεῖν alio vocabulo generaliori uti debuit. Nam et ex alio laboris genere in manibus operi insuetis oriri possunt. Quo pertinet hic usus nominis Pustula, ap. Tibull. ubi dicit, Læderet aut teneras pustula rupta manus. Nisi quis hoc e Martiale exemplum, tanquam certius, malit, Fervida ne trito tibi pollice pustula surgat. Celsus 5. de pustulis hæc inter alia scribit, Nonnunquam plures similes varis oriuntur, nonnunquam majores, lividæ, aut pallidæ, aut nigræ, aut aliter naturali colore mutato; subestque humor. Ubi hæ ruptæ sunt, infra quasi exulcerata caro apparet: ἑλκώδεις Græce nominantur. Fiunt autem vel e frigore, vel ex igni, vel e medicamentis. Quidam, inquit Gorr., vesiculas interpr.: oriuntur maxime a ferventibus et acerrimis humoribus iis, quæ ab igne aut ferventi aqua gignuntur, similes. Toto corpore nascuntur, sed nullibi periculosius quam in oculi membrana cornea, quæ primum quidem vesiculæ in morem attollitur ab acri quodam humore, deinde vero excoriatur, et oculum purulentum reddit. Quidam putant idem esse φλύκταιναν atque ψυδράκιον: alii vero exigua quadam differentia distinguunt: scribentes, ψυδράκιον affectum esse capitis proprium, et ab humore frigidiori quam φλύταιναν excitari. Certum vero est φλύκταιναν cum φλυζακίῳ eandem esse, et utrumque a verbis φλύω, φλύζω, s. φλύσσω deductum esse. Hæc ille. Sed quod ad deductionem attinet, si ejus ratio ad grammaticæ normam ineunda sit, quin a φλύσσω potius quam a reliquis petenda sit, ut antea docui, nemini dubium esse debet. [Φλυκτὶς, Schleusn. Lex. V. T. Theophr. Fr. 3, 39. Φλύκταινα, Jacobs. Anth. 7, 271. ad Mœr. 331. ad Lucian. 1, 416. T. H. ad Dial. p. 50." Schæf. Mss. "Nicander Θ. 240." Wakef. Mss. * Φλυκταινοειδὴς, Hippocr. 641, 12.] Φλυκταινώδης, q. d. Pustularis, Cui pustulæ insunt, Pustularum speciem gerens. In VV. LL. Pustulæ similis. Φλυκταινώδης dictus est quidam ἕρπης, qui et κεγχρίας, a pustulis indito nomine. [Hes. v. Πεμφιδώδεις.] Φλυκταινόομαι, (q. d. Pustulor,) In pustulas erumpo. Diosc. 1, 134. Πυρίκαυτά τε οὐκ ἐᾷ φλυκταινοῦσθαι, καταχριόμενον μετ' ὠοῦ. In VV. LL. φλυκταινοῦσθαι exp. Pustulas erumpere, gignere, emittere, sentire: item Ambusta bullare, e Marc. Virgilio. Sed magna inscitia hic duorum vocabulorum interpretatio tribuitur unico. Non enim Ambusta bullare est pro solo verbo φλυκταινοῦσθαι, sed pro πυρίκαυτα φλυκταινοῦσθαι. Ita enim illum locum vertit, Et cum ovo junctum, bullare ambusta non permittit. Ruell. autem sic, Ambustis ex ovo illitum, pustulas non patitur erumpere. Φλυκταίνωσις, Pustularum eruptio, [Hippocr. 765. * Φλυκταινωτὸς, unde] Ἀφλυκταίνωτος, ὁ, ἡ, q. d. Impustulatus, E quo pustulæ non eruperunt, Talis ut ex eo pustulæ non erumpant. E Diosc. 5. pro Pustulas non sentiens. [* Ἐπιφλυκταινόομαι, Hippocr. Epid. 4. T. 1. p. 750. Lind. Sect. 7. p. 216. Foës. * Φλυκταινὶς, Hippocr. 994. * Φλυκταινίδιον, 183.]

Sed et e nomine illo φλυκτὶς per compositionem est FACTUM Ὁλοφλυκτὶς, quod itidem Pustulam signif.; nam ὁλοφλυκτίδες Gal. ap. Hipp. explicat voce φλύκταιναι, cum alioqui Erotian., ut videbis p. 39. meæ Ed., quosdam aliud ea voce intellexisse scribat, sc. περιννυκτίδας: nonnullos, δοθιῆνας: alios, ἐξανθήματα ζωϋφίοις ὅμοια. Dicitur ETIAM Ὁλοφυγδὼν, pro Pustula, Theocr. 9, (30.) Μηκέτ' ἐπὶ γλώσσης ἄκρας ὁλοφυγδόνα φύσῃς, ubi a Schol. ὁλοφυγδὼν exp. φῦμα, (nec non peculiarius, φῦμα ἐπὶ τῆς ῥινὸς γινόμενον,) item φλύκταινα, et φλυκτώδης φύσκα,

A Φρονέω, Mente præditus sum, Mentis sum compos, etiam Sapio. Isocr. ad Phil. Μὴ διὰ τὸ γῆρας ἐξέστηκα τοῦ φρονεῖν. Ut autem hic videmus senectutem obstare interdum τῷ φρονεῖν, ita ei morbum corporis obstaculo atque impedimento esse discimus cum aliunde, tum e Plut. Alex. Ἀτελῆ δὲ τῷ φρονεῖν ὄντα διὰ σώματος. Sed et vinum quidam ap. Athen. dicit ἐπισκοτεῖν τῷ φρονεῖν. Ab Aristot. τὰ ἄψυχα dicuntur μὴ μετέχειν τοῦ φρονεῖν, ubi τὸ φρονεῖν possumus etiam reddere Intellectum, ut μὴ μετέχειν τοῦ φρονεῖν dicatur animal quod intellectus non est particeps. Cic. τὸ φρονεῖν vertit Rationem et mentem, ap. Plat., ut videbis in meo Cic. Lex. 11. 12. Plut. adv. Col. Ἡ τῆς ψυχῆς τὸ κυριώτατον ᾧ φρονοῦμεν καὶ λογιζόμεθα. Et neutr. particip. τὸ φρονοῦν, in VV. LL. Animus quo sapimus, cujus organum et sedes cerebrum dicitur ab Alex. Aphr. Probl. Ratio etiam redditur a Gaza 2. At pro Mentis compotem esse, Non esse extra se, usus est Hom. Il. X. 59. Πρὸς δέ με τὸν δύστηνον ἔτι φρονέοντ' ἐλέαιρε Δύσμορον. Hic B enim annotat Eust., ideo dici ἔτι φρονέοντα, quoniam mox hic senex ἀλλοφρονήσει præ luctu, ὅτε οὐδ' ἂν αἴσθοιτο ἐλεούμενος. Affert tamen et aliam exp., sc. ut sit pro Adhuc viventem. Secundum quam exp. fuerit φρονέοντα potius Sensu præditum, e quo sc. intelligemus Viventem: quod si vertas Mente aut Ratione præditum, non tam manifestum fuerit τὸν φρονέοντα opponi τῷ τεθνεῶτι. Auctor brevium Schol. priori illi explicationi assentiri videtur, quæ et mihi magis placet: adeo ut non improbem eam quæ e Valla affertur interpr., qua ἔτι φρονέοντα redditur Recta adhuc sentientem, licet malim simpliciter, Mentis adhuc compotem. Nisi forte fuerit pro εὖ φρονοῦντα, ut quidem redditur ap. Xen. (Ἀπ. 2, 1, 31.) Τίς ἂν εὖ φρονῶν τοῦ σοῦ θιάσου τολμήσειεν εἶναι; Quis mentis compos? Alioqui εὖ φρονῶν non est simpliciter Mentis compos, sed Prudens, Qui sapit, ut ap. Soph. (Aj. 1261.) οἱ φρονοῦντες εὖ, κρατοῦσι πανταχου. Isocr. ad Nic. Δίδου παῤῥησίαν τοῖς εὖ φρονοῦσι, Prudentibus, Iis qui sapiunt. Sed C alicubi εὖ φρονῶ redditur etiam Recte sentio, item Bene cupio, ut docebo aliquanto post. Apud eund. Poëtam legimus φρονέω per se positum et sine adjectione, Od. Π. 136. et rursus P. 193. Γιγνώσκω, φρονέω, τά γε δὴ νοέοντι κελεύεις, ubi φρονέω videtur esse Mente percipio s. comprehendo. At vero in hoc versu Il. Ψ. 343. ἀλλὰ φίλος, φρονέων, πεφυλαγμένος εἶναι, existimo φρονέων esse, Si sapis, Si sapias: resolvendo sc. φρονέων in duo verba, ἐὰν φρονῇς: et accipiendo φρονῇς pro εὖ φρονῇς. Dixi enim et paulo ante, φρονεῖν accipi pro Prudentem esse, Sapere. In hoc autem versu Ejusdem, Od. E. 474. Ὡς ἄρα οἱ φρονέοντι δοάσσατο κέρδιον εἶναι, Schol. exp., βουλευομένῳ, Deliberanti. Ego tamen, ὡς φρονέοντι non minus libenter verterim, Sic cogitanti, secum cogitanti, ut Servius in Ep. ad Cic. Cœpi egomet mecum sic cogitare. Usitatius alioqui esset, Hæc cogitanti, secum cogitanti, sicut idem Poëta alibi dicit, Ταῦτ' ἄρα οἱ φρονέοντι, Hæc cogitanti, Volventi in animo. Idem alicubi addidit ἀνὰ θυμὸν, ut Il. B. (36.) D Τὰ φρονέοντ' ἀνὰ θυμὸν ἃ β' οὐ τελέεσθαι ἔμελλεν. Sed et infinitivo junctum ap. hunc Poëtam redditur itidem verbo Cogitare, Il. P. 286. φρόνεον δὲ μάλιστα Ἄστυ ποτὶ σφέτερον ἐρύειν καὶ κῦδος ἀρέσθαι. Sed φρόνεον potest hic reddi non solum Cogitabant, sed etiam In animo habebant. Quod si Auctorem brevium Scholl. sequamur, poterimus etiam interpretari Sperabant; exp. enim non solum διενοοῦντο, sed et ἤλπιζον. Quæ exp. mihi revocat in memoriam, quod e Xen. affertur in VV. LL. alioqui suspectum: sc. (Ἀπ. 2, 1, 18.) Ἐπ' ἀγαθῇ ἐλπίδι φρονῶν εὐφραίνεται, pro Spe fretus bona lætatur. Apud eund. Poëtam Il. Γ. 99. φρονέω δὲ διακρινθήμεναι ἤδη Ἀργείους, ita quidam interpr. Cogito de dirimendis, esse dirimendos, quomodo dirimantur s. dirimi possint. At brevium Schol. Auctor exp. et hic βουλεύομαι, quod est Delibero. Ego certe, quod φρονέω jungatur infinitivo passivo, aliud interpretationis genus quærere malim, non diversum tamen sensum efficiens. Quale fuerit, In animo mihi est, Animo sedet hæc senten-

tia, Sedet hoc animo, Mihi mens est: quod ap. Ovid. legitur, sequente infin. Fortassis reddi etiam possit, Mihi cordi est. Ex Hesiodo autem ('Α. 387.) affertur in VV. LL. φρονέει θυμῷ μαχέσασθαι, pro Animum intendit ad pugnam. Atque habetur in Iisdem e Xen. (Κ. Π. 3, 3, 29.) φρονῶ τοξεύειν, pro Scio mittere sagittam, et φρονῶ ἀκοντίζειν, pro Scio jacula mittere s. audeo, quæ fide ap. me carent. Verum ut revertar ad φρονέω junctum accusativo, sciendum est, in soluta quoque oratione interdum cum hac constr. significare Cogito: Plut. (6, 577.) Ὁ Χίλων ἔφη τὸν ἄρχοντα χρῆναι μηδὲν φρονεῖν θνητόν, ἀλλὰ πάντα ἀθάνατα. Interdum vero φρονῶ cum accus. est Sentio. Sic tamen ut alicubi reddi possit et verbo illo Sapio; quod enim dicit Eur. ὀρθὰ φρονεῖν, non dubitem reddere etiam Recta sapere, e Cic.: Eur. locus est hic, Med. (1126.) Τί φῄς; φρονεῖς μὲν ὀρθὰ, κ' οὐ μαίνῃ, γύναι; Ciceronis autem iste, in Ep. ad Att. 14. Nam ista quidem Cæsaris libertorum conjuratio facile opprimeretur, si recta saperet Antonius. Isocr. Ὅμοια τοῖς εἰρημένοις φρονεῖν. Et ταὐτὰ φρονῶ σοι, Eadem sentio quæ et tu, Eodem sum animo quo et tu, Eadem sum mente qua tu. Apud Eund. Μὴ ταὐτὰ φρονεῖν καὶ λέγειν, Non eadem in animo habere et loqui. Quod Sallust. dixit, Aliud clausum in pectore, aliud in lingua promtum habere. E Plut. Themist. Ἄλλο τι φρονῶ, Alia mihi mens est. Apud Paulum quoque φρονεῖν pro Sentire, sic tamen ut alicubi, cum a quibusdam reddatur verbo Sentire, alii (quibus assentior) malint aliter reddere, ut ad Rom. 12, (16.) Τὸ αὐτὸ εἰς ἀλλήλους φρονοῦντες, Eodem animo inter vos mutuo affecti. Sic ad Phil. Ἵνα τὸ αὐτὸ φρονῆτε, Ut itidem sitis affecti, At quod statim post habetur, Τὸ ἓν φρονοῦντες, iidem reddunt, Idem sentientes, Sententiis uniti. Ceterum pro Sentio ponitur φρονῶ, et cum habet præfixum adv. εὖ. Plato Epist. 8. Ταῦτα δὲ σχεδὸν ὁ κρίνων ἀδύνατα, οὐκ εὖ φρονεῖ, cum alioqui εὖ φρονεῖν alios etiam usus habeat, ut partim docui, partim docebo. Interdum sequente præp. περὶ, et præced. adv., ut ap. Aristot. de Mundo, Οὕτω χρὴ καὶ περὶ τοῦ σύμπαντος φρονεῖν, Ita de universo sentire. Aliam vero Sentiendi signif. habet hoc verbum ap. Soph. Aj., ubi φρονεῖν Schol. esse ait αἰσθάνεσθαι της λύπης. Vide p. 55. meæ Ed. In hoc Ejusd. versu (554.) p. 33. Ἐν τῷ φρονεῖν γὰρ μηδὲν, ἥδιστος βίος, accipit itidem pro αἰσθάνεσθαι: nam μηδὲν φρονεῖν exp. μηδενὸς αἰσθάνεσθαι. Quæ signif. danda fuerit itidem in versu proxime sequenti, Τὸ μὴ φρονεῖν γὰρ, κάρτ' ἀνώδυνον κακόν. Quidam exp. Nihil sentire; alii, Nihil intelligere; at ego malim, Nullius rei sensu affici: ita quidem ut sciamus ad animum hoc referri debere. Erasmus certe, si aliter quam per transennam h. Soph. l. aspexisset, aliam ei interpr., ut opinor, dedisset, quam hanc, In nihil sapiendo jucundissima vita: quæ verba inter Proverbialia recenset. Hic enim de sapientia non agi, vel ipse Sophocles his proxime præcedentibus versibus aperte docet, quibus filiolum alloquitur, Καί τοί σε καὶ νῦν τουτό γε ζηλοῦν ἔχω, Ὅθ' οὕνεκ' οὐδὲν τῶνδ' ἐπαισθάνῃ κακῶν. Unde apparet hoc plane convenire cum eo, quod et Eur. de ætate puerili testatur (Med. 48.) νέα γὰρ φροντὶς οὐκ ἀλγεῖν φιλεῖ.

Φρονῶ cum aliis accus., i. e. aliud significationis genus (ut ita dicam) habentibus, nec non cum adverbiis nonnullis, secus quam in præcedentibus ll. redditur; estque Homero frequens iste hujus verbi usus. Dicit enim aliquoties κακὰ φρονεῖν et ὀλοά, nec non vicissim ἀγαθὰ φρονεῖν, item φίλα, cum dat. personæ, pro Male animatum esse erga quempiam; vel contra, Bene animatum esse; sive, Benevolo esse animo erga quempiam, aut contra, Malevolo s. Infenso. Aut brevius, Benevolum esse, aut Malevolum. (Possumus vero φίλα φρονεῖν et ἀγαθὰ φρονεῖν reddere etiam Benevolentia prosequi: item, Bene cupere alicui. Vel, Bene velle.) Od. Υ. (5.) Ἔνθ' Ὀδυσεὺς μνηστῆρσι κακὰ φρονέων ἑνὶ θυμῷ, Χ. (264.) Ἀλλὰ κακὰ φρονέουσι διαμπερὲς ἀλλήλοισι: Il. Ι. (701.) ὀλοά φρονέων. Alibi, κακὰ φρονέουσα. Item φίλα φρονέων, et φίλα φρονέουσα. Sed pro his nominibus ponuntur interdum adverbia. Dicitur enim et κακῶς φρονεῖν pro κακὰ φρονεῖν, s. κακόν: itidemque εὖ φρονεῖν pro ἀγαθὰ φρονεῖν. Idem Poëta Od. Σ. (167.) Οἵ τ' εὖ μὲν βάζουσι, κακῶς δ' ὄπιθεν φρονέουσι. Illud autem εὖ φρονῶ σοι ex Eur. (Med. 819.) affertur; item εὖ φρονῶ τά σὰ e Soph. (Aj. 491.) pro eod., sicut et καλῶς φρονῶ σοι, pro Bene tibi cupio, Bene tibi consultum cupio, Tui sum studiosus. Porro ut dicitur εὖ φρονῶ, sic etiam superl. ἄριστα φρονῶ σοι, cum ab aliis, tum ab Aristoph. (Πλ. 577.) pro Optime tibi cupio, Sum tui studiosissimus. Sed ut ad illam cum accusandi casu constr. revertar, sciendum est et alios esse accusativos, cum quibus φρονῶ eund. usum habet. Nam ut κακὰ φρονῶ σοι redditur cum aliis modis, tum etiam, Male animatus sum erga te, Malevolo sum in te animo; sic οἷα φρονῶ αὐτοῖς ap. Soph. reddi Quo sim modo animatus erga illos, vel Quo animo sim in illos.

Φρονῶ τὰ σὰ, et siqua hujusmodi, magnam cum proxime præcedente usu verbi φρονεῖν affinitatem habent: præsertim cum etiam εὖ φρονῶ τὰ σὰ dixerit Soph., ut paulo ante docui. Est enim φρονῶ τὰ σὰ, Faveo tibi, aut etiam Tuarum sum partium, Sto a tuis partibus. Sub qua interpretatione tacite includitur, Tibi bene cupio, et rebus tuis bene consultum volo. Plut., Ὅσοι τὰ Κάρβωνος ἐφρόνουν, Qui Carbonis partium erant. Sic et Dem. Or. ὑπὲρ τῶν Συμμοριῶν dixit, Ὅτι Θηβαίων τὰ ἐκείνου φρονούντων, ἀνάγκη τοὺς τούτων ἐχθροὺς τὰ τῶν Ἑλλήνων φρονεῖν. Frequens est istud loquendi genus ap. Herodian., ap. quem legitur et τἀναντία φρονεῖν, itidem pro Contrariis partibus favere, s. studere: 3, (2, 18.) Νικαεῖς δὲ, τῷ πρὸς Νικομηδέας μίσει, τἀναντία ἐφρόνουν, καὶ τὸν στρατὸν τοῦ Νίγρου ὑπεδέχοντο. Affertur tamen in VV. LL. τὰ ἐκείνου φρονῶ, non addito Auctoris nomine, pro Sentio cum illo. Quam interpr. sequendo, pertineret hoc exemplum ad alium verbi φρονῶ usum, de quo paulo ante dictum fuit. Ibid. e Luciano, Φρονεῖ τὰ ἡμέτερα.

Φρονῶ autem cum μέγα aliisque nonnullis accus. potest itidem reddi ablativo Animo, cum verbo substantivo Esse; ut enim φίλα φρονεῖν dicebam significare Esse animo benevolo, sic μέγα φρονεῖν nihil obstat quominus reddatur Esse animo elato: vicissimque μικρὰ φρονεῖν, Esse animo demisso. Sunt alioqui et alii hæc interpretandi modi; nam μέγα φρονεῖν redditur etiam Animo efferri, Sese efferre, Gloriari, Insolescere, Sibi placere. Quin etiam, De se magnifice sentire. Habere autem et alios verbi Sentire usus, supra docui. Xen. Σ. (3, 5.) Ἐπὶ ποίᾳ ἐπιστήμῃ μέγα φρονεῖς; Isocr. Evag. Μέγα φρονῶν ἐπὶ τοῖς διὰ τύχην γιγνομένοις ἀγαθοῖς. Porro dicitur et in bonam partem, sc. de justa elatione animi et gloriatione, ut cum de aliqua virtute aut aliquo præclaro facinore gloriamur. Et quemadmodum μέγα φρονεῖν, ita etiam μεῖζον φρονεῖν et μέγιστον φρονεῖν usurpatur. Dem. (490.) Μεῖζον οἱ Θηβαῖοι φρονοῦσιν ἐπ' ὠμότητι ἢ ὑμεῖς ἐπὶ φιλανθρωπίᾳ. Idem, Ἐπ' ἐλευθερίᾳ μέγιστον φρονεῖν προσῆκεν. Apud Xen. Σ. (3, 7.) Ἐπὶ κάλλει μέγιστον φρονεῖν. Sed dicitur etiam μέγα φρονεῖν ἐφ' ἑαυτῷ s. μέγιστον. Atque hic potissimum habere locum potest illud Latinum loquendi genus, Sibi placere. Athen. (583.) Καὶ ἄλλαι δὲ ἑταῖραι μέγα ἐφρόνουν ἐφ' ἑαυταῖς, παιδείας ἀντεχόμεναι, καὶ τοῖς μαθήμασι χρόνον ἀπομερίζουσαι, Sibi placebant, etiam Valde sibi placebant, Magnam de se opinionem concipiebant. Apud Hom. autem μέγα φρονεῖν, sine ulla adjectione, pro Magnos spiritus gerere, Elato animo esse, Exultare, Ferocire, Ferocem esse, variis in ll.: et quidem de brutis etiam dictum alicubi. Jungitur porro et aliis hujusmodi adverbiis verbum φρονῶ: dicitur enim a Dem. 223(=534.) Φρονῶν δ' ἐφ' ἑαυτῷ τηλικοῦτον ἡλίκον εἰκὸς ἄνδρα δόξης καὶ τιμῶν τετυχηκότα, Qui tantam de se opinionem conceperat, quantam par est eum qui etc. Et a Plat. Symp. Ἐφρόνουν γὰρ ἤδη ἐπὶ τῇ ὥρᾳ θαυμάσιον ὅσον. Dicitur etiam τοσοῦτον φρονεῖν, pro quo οὐ μεῖον legitur ap. Xen. (Ἱππαρχ. 7, 3.) Καὶ μὴν ἐπί γε τοῖς προγόνοις οὐ μεῖον Ἀθηναῖοι ἢ Θηβαῖοι φρονοῦσι. Illis autem μέγα φρονεῖν et μεῖζον

φρονεῖν opponuntur μικρὸν φρονεῖν s. μικρὰ, et μεῖον φρονεῖν, s. ἐλαττον. Nam ut μέγα φρονεῖν est Elato esse animo, ita μικρὸν φρονεῖν ap. Dem. (173.) s. μικρὰ, ap. Soph. signif. Demisso animo esse, Submisse se gerere. At μεῖον φρονεῖν ap. Xen. (Ἀπολ. 26.) Ἀλλ' οὐδὲ μέντοι ὅτι ἀδίκως ἀποθνήσκω, διὰ τοῦτο μεῖον φρονητέον, ubi quidam interpr. Non decet me ob id minus de me sentire. Tale est ἐλαττον φρονεῖν ap. Dem. (176.) Eadem porro forma dicitur μέτρια φρονεῖν qua μικρὰ φρονεῖν: estque μέτρια φρονεῖν, Modesto animo præditum esse, s. Modestia, Modestum esse. Festive autem detorquens hoc loquendi genus quidam Philosophus ap. Lucian. (1, 174.) dicit Μηδὲν ὑπὲρ τὴν πήραν φρονεῖν, pro Non cogitare majora, de majoribus s. pluribus quam quæ pera capi possint, Non cogitare de pluribus quam quæ implendæ peræ satis esse possint. Q. d. Non efferre animum ultra suæ peræ mensuram, Suæ peræ modulo se metiri, s. cupiditatem suam. Quem esse horum verborum sensum, præcedentia aperte ostendunt; at si reddas, ut ibi redditur, Neque quicquam ultra peram cogitare, alium etiam sensum hæc interpretatio admittet. Porro suspicor dictum esse μηδὲν φρονεῖν ὑπὲρ τὴν πήραν, respicieudo ad illud loquendi genus ὑπὲρ ἄνθρωπον φρονεῖν. At vero ἴσα φρονεῖν θεοῖς ap. Hom., licet aptiorem quam hic locum alibi habere non possit, diversam tamen interpretationis formam poscit; nam cum dicitur Il. E. (441.) μηδὲ θεοῖσιν Ἴσ' ἔθελε φρονέειν, significatur, Neque tam magnos spiritus gere ut æquandum te censeas diis. Hoc enim interpretationis genere utendum puto ut illorum verborum vis exprimatur: aut certe alio ejusmodi: quale hoc fuerit, Nec ita magnifice de te sentias ac si e numero deorum esses. Vel, Nec velis æque magnos spiritus gerere ac si unus e diis esses. At e vulg. interpr. unus reddidit, Ne æquandum te sentias esse nobiscum: alter, Neque diis paria velis sapere. Sed φρονεῖν pro Sapere cum aliis potius accus. locum habere, ex proxime sequenti tmemate patebit. Hoc certe isti addendum censeo, lectum mihi esse φρονῶ sine ulla adjectione positum pro μέγα φρονῶ, Glorior, Insolesco, ap. Plut. (6, 17.) Τὸ δὲ ὅλον, εἴτις ἐπὶ τῇ τοῦ σώματος ῥώμῃ φρονεῖ, μαθέτω γνώμης διαμαρτάνων. Sed h. l. suspicione ap. me non carere fateor: nec cariturum, donec alios quibus confirmetur, nactus fuero.

Φρονῶ ponitur et pro verbo Sapio, non eum habente usum quem habet, cum φρονεῖν redditur Sapere, Prudentem esse; sed eum quem habet cum jungitur accusativo, ut ap. Horat. dicentem, Nil parvum sapias, et ap. Pers. Cum sapimus patruos. Neque enim dubito quin Horatius, dicens Nil parvum sapias, respexerit ad hoc loquendi genus, οὐδὲν μικρὸν φρονεῖν: accipiendo certe verbum φρονεῖν, non ut in ll. quos proxime præcedens tmema habet, (alioqui enim οὐδὲν μικρὸν φρονεῖν esset idem cum illo μέγα φρονεῖν, cujus multa ibi exempla vides,) sed ut accipitur ap. Aristoph. cum dicit (N. 821.) φρονεῖν ἀρχαϊκὰ, ubi tamen quidam interpr. non solum Sapere simplicem antiquitatem, sed etiam Resipere et olere. Est autem hic verbi Φρονεῖν usus ap. Matth. quoque et Marc., nec non ap. Paul. Apud illos enim dicit Christus Petro, eum οὐ φρονεῖν τὰ τοῦ Θεοῦ, sed τὰ τῶν ἀνθρώπων, non sapere quæ Dei sunt, sed quæ sunt hominum. Paulus autem ad Rom. 8, (5.) scribit, Οἱ γὰρ κατὰ σάρκα ὄντες τὰ τῆς σαρκὸς φρονοῦσιν· οἱ δὲ κατὰ πνεῦμα, τὰ τοῦ πνεύματος. Ubi tamen φρονοῦσι quidam non vertunt Sapiunt, sed Cogitant: quod non placet. Sed multo certe minus tertia interpr. mihi arridet, sc. Curant, cum hanc signif. vix ullo alius Auctoris exemplo probari posse existimem. Equidem cur alia quam prima illa quærenda sit interpretatio, non video, cum τὰ τῆς σαρκὸς φρονεῖν non sit aliud, meo quidem judicio, quam Carnali quadam sapientia præditum esse, aut certe, Ad carnalem quandam sapientiam animum intendere: vicissimque, τὰ τοῦ πνεύματος φρονεῖν, Spiritali quadam sapientia esse præditum, etc. Quæ expositionis forma convenire itidem potest illi φρονεῖν, quod e Matth. atque Marco protuli. Bud. tamen ibi

A φρονεῖν reddit et Sapere et Sentire; sed qui dicit Non sapis quæ Dei sunt, aliud certe dicit quam qui ita loquitur, Non sentis quæ Dei sunt. Lubenter equidem veteri interpreti assentior, φρονεῖν in aliis quoque ll. Pauli, in quibus accusativum itidem habet, reddenti hoc eod. verbo Sapere, cum alii vertant Curare: cujus signif. exemplum ex alio quopiam Scriptore me desiderare, paulo ante declaravi. Ex iis autem ll. primus est ad Rom. 14, (6.) Ὁ φρονῶν τὴν ἡμέραν, Κυρίῳ φρονεῖ· καὶ ὁ μὴ φρονῶν τὴν ἡμέραν, Κυρίῳ οὐ φρονεῖ: secundus in Ep. ad Phil. 3, (19.) Οἱ τὰ ἐπίγεια φρονοῦντες: tertius, in Ep. ad Col. 3, (2.) Τὰ ἄνω φρονεῖτε, μὴ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. His locis, ac præsertim duobus posterioribus, non minus mihi videtur convenire verbum Sapere quam illis tribus quos antea protuli, præsertim cum eadem res in his duobus exprimatur, quæ et in illis. Nam qui dicitur φρονεῖν τὰ τῶν ἀνθρώπων, ἀλλ' οὐ τὰ τοῦ Θεοῦ, item φρονεῖν τὰ τῆς σαρκὸς, idem certe dici potest τὰ ἐπὶ τῆς γῆς φρονεῖν, ἀλλ' οὐ τὰ ἄνω: vel τὰ ἐπίγεια pro τὰ ἐπὶ τῆς

B γῆς. Quod si ab illo verbo Sapere discedendum sit, longe malim sane reddere Cogitare quam Curare: ut τὰ ἐπίγεια φρονοῦντες, Cogitantes terrestria. Sed non celabo lectorem et aliam interpr. quæ mihi occurrit, sc. Animum adjungere, intendere, ut τὰ ἐπίγεια φρονοῦντες reddatur, Qui animum ad terrestria adjungunt, intendunt, vel in terrestria: itidemque ceteris ll. hanc interpretationem accommodemus. Quam certe mihi videtur admittere et Homeri quidam versus, habens participium φρονέοντες, cum accus. itidem junctum, et quidem hujus generis signif. habente, cum ab eo dicatur ἐφημέρια φρονέοντες, a Paulo autem τὰ ἐπίγεια φρονοῦντες. Extat is versus Od. Φ. (85.) Νήπιοι ἀγροιῶται ἐφημέρια φρονέοντες. Superest ille Ep. ad Rom. locus, c. 14, (6.) Ὁ φρονῶν τὴν ἡμέραν, Κυρίῳ φρονεῖ κ. τ. λ. In hoc fateor durius reddi φρονεῖν verbo Sapere, quam in ceteris: nisi dicamus Sapere diem esse videri Sibi sapere in discernendo quodam die a ceteris diebus. Quod si alia quærenda sit interpr., nequaquam ad

C verbum illud Curare confugere velim, sed potius φρονεῖν τὴν ἡμέραν reddere Opinionem aliquam concipere de die. Et hæc quidem hactenus, quæ doctiorum judicio censuræque libens submitto, sicut et quæ huc pertinentia addam in nomine verbali φρόνημα. Ceterum cum afferatur e Plut. νεώτερα φρονεῖν, item τυραννικὰ φρονεῖν, tanquam in utroque horum loquendi generum φρονεῖν, licet aliam interpr. admittens, eund. usum habeat quem in Aristophanico illo ἀρχαϊκὰ φρονεῖν: ego contra alium hic usum habere censeo, nulloque modo φρονεῖν in duobus illis reddi posse Sapere; sed νεώτερα φρονεῖν esse De rebus novis cogitare, Res novas animo agitare, Rebus novis studere, In res novas animum intendere: itidemque τυραννικὰ φρονεῖν significare Ad tyrannidem pertinentia animo agitare, De tyrannide cogitare; hæ enim meæ interprr. apertius signif. verbi φρονεῖν exprimunt, quam illa, Ad tyrannidem aspirare. Sed possit dici τυραννικὰ φρονεῖν is quoque, qui tyrannico quodam animo, tyrannica quadam mente,

D tyrannico ingenio præditus est; ac certe hac etiam in signif. usurpatum legisse mihi videor. Tunc autem τυραννικὰ φρονῶν conveniet, quod ad signif. participii φρονῶν attinet, cum hoc dicto Euripidis, νόθος φρονῶν γνήσια, ut sit, Nothus præditus legitimi filii animo, legitimi filii animum gerens, (ut dixit Virg. Ante annos animumque gerens curamque virilem: perinde ac si diceretur, ἀνδρικὰ φρονῶν,) Nothus non secus animatus ac legitimus filius. Aut etiam, referendo ad magnanimitatem, Nothus non minus elato præditus animo quam legitimus filius, Nothus spiritus legitimi filii gerens.

["Φρονέω, Phryn. Ecl. 170. Wakef. Phil. 1100. Brunck. Soph. 3, 516. Heyn. Hom. 6, 295. Lobeck. Aj. p. 260. ad Herod. 27. 338. 570. Wessel. Diss. 197. Ammon. 144. Valck. Hipp. p. 190. Musgr. Bacch. 314. Scio, Soph. Œd. T. 1038. Herod. 1, 46. Superbio, Lobeck. Aj. p. 294. Conf. c. φωνέω, Brunck. Aristoph. 3, 72. Lobeck. Aj. p. 403.: cum φθονέω, ad Simon. Dial. 58. Εὖ φρ.,

Eur. Ion. 530. 532. (cf. 533.) Luzac. Exerc. 37. ad Herod. 687. Eur. Phœn. 360. ubi de prudentia explicatur. Εὖ, κακῶς φρ., Bene, Male ferre fortunam, Bibl. Crit. 3, 2. p. 51. Λίαν φρ., Musgr. Iph. A. 924. ad Dionys. H. 2, 1158. Φρονεῖν, μέγα φρ., Fac. ad Paus. 1, 44. 52. Kuhn. 30. Bast. Specim. 38. Zeun. ad Xen. K. Π. 800. Markl. Suppl. 445. Boiss. Philostr. 484. Μέγα φρ., Valck. Hipp. p. 215. Μέγα φρ. ἐπὶ, Abresch. Lectt. Aristæn. 98. Φρ. μικρὸν, μικρὰ, μέγα, μεγάλα, Lobeck. Aj. p. 394. Μέγιστον φρ. ἐπί τινι, Xen. Mem. 1, 1, 13. Φίλα φρ., Villois. ad Long. 243. Τά τινος φρ., ad Paus. 348. Ἰθὺς φρ., Heyn. Hom. 6, 394." Schæf. Mss. "Φρονεῖν, Animosus et nobilis esse, de rebus inanimis, Philostr. 321. Moneo, Il. Ψ. 305. (πατὴρ δὲ οἱ ἄγχι παραστὰς Μυθεῖτ' εἰς ἀγαθὰ φρονέων νοέοντι καὶ αὐτῷ.) Τὸ φρονοῦν, Ratio, Plut. 2, 166. alibi." Wakef. Mss. "Φρονεῖν, Sapere, Scire et videre, quæ bona sint et appetenda, quæ fugienda et mala, 2, 13. De 2, 17. v. nott." Fischer. Ind. Æschin. Dial. Socr. Cf. Cic. de Off. 1, 45. Hymn. Hom. 1, 469. ἀλλῃ φρονέοντες. Pind. N. 4, 155. Μαλακὰ μὲν φρονέων ἑσλοῖς, opp. τραχύς. Xen. K. 'A. 7, 7, 30. Τὰ πρός σε φρονεῖν. Soph. Tr. 289. Φρόνει νιν ὡς ἥξοντα, Phil. 810. σαφῶς φρονεῖ, pro σάφα ἴσθι. Æsch. Choeph. 768. Ἀλλ' ἡ φρονεῖς εὖ τοῖσι νῦν ἠγγελμένοις; Vide Schn. Lex. * Φρονοῦντως, Sapienter, Prudenter, Æsch. Suppl. 212. Soph. Antig. 693. * Πεφρονημένως, Stob. Ecl. Phys. 1. p. 17. " Jacobs. Anim. 252. ad Diod. S. 1, 504." Schæf. Mss.]

Φρόνημα, τὸ, Cogitatio, Cogitatum: ut Cic. E ceteris dictis, factis, cogitatisque Sex. Nevii. Redditur et Sensus, ea signif. qua dicitur a Terentio, Illius sensum pulcre calleo. Paul. ad Rom. 8, 6. Τὸ γὰρ φ. τῆς σαρκὸς, θάνατος· τὸ δὲ φρ. τοῦ πνεύματος, ζωὴ καὶ εἰρήνη. Ubi φρόνημα ab Erasmo redditur Affectus, a quibusdam Intelligentia. Vet. autem Interpr. vertit Prudentia, Sapientia. At ego, prout reddiderimus verbum ibi præcedens φρονοῦσιν, ita reddendum censeo hoc verbale φρόνημα. Præcedit enim, Οἱ γὰρ κατὰ σάρκα ὄντες, τὰ τῆς σαρκὸς φρονοῦσιν· οἱ δὲ κατὰ πνευμα, τὰ τοῦ πνεύματος. Si, inquam, τὰ τῆς σαρκὸς φρονοῦσιν reddiderimus, Sapiunt quæ sunt carnis: tunc φρόνημα τῆς σαρκὸς censeo interpretandum itidem Id quod sapit caro. Sin τὰ τῆς σαρκὸς φρονοῦσιν libeat reddere, Cogitant quæ sunt carnis, tunc φρόνημα τῆς σαρκὸς vertendum fuerit Cogitatio carnis. Quod si quis alio etiam modo verbum φρονουσιν reddiderit, ad illam interpretationem verbalis hujus φρόνημα interpretatio accommodanda mihi videtur: quod tamen nec Erasmus secutus est, qui certe id non sequendo poterat non minus apte reddere φρόνημα voce Sensus. Non sequendo id, inquam: nisi forte φρονουσιν interpretari voluisset Sentiunt, quod certe haud paulo melius expressisset signif. Græci illius verbi, quam verbum Curant, quo usus est. Ceterum φρόνημα alicubi invenitur redditum etiam Animus, ut ap. Thuc. 2, (61.) p. 67. Δουλοῖ γὰρ φρόνημα τὸ αἰφνίδιον καὶ ἀπροσδόκητον, καὶ τὸ πλείστῳ παραλόγῳ ξυμβαῖνον. Ubi tamen Valla reddere maluit Consilium, cum alioqui h. ejusd. Scriptoris locum, 5, (40.) p. 179. in principio, Ἀλλ' ἐν φρονήματι ὄντες τῆς Πελοποννήσου ἡγήσεσθαι, Sed animum Pelopouneso imperandi habuissent. At ego neutro in loco existimo significare Animum simpliciter, sed Animum elatum, s. Elationem animi, ut aliquanto post docebo. || Φρόνημα enim ap. vett. Scriptt. non memini me legere pro Animo aut pro Cogitatione simpliciter, sed pro Animo elato, uti dixi, s. Elatione animi, aut Magnitudine, vel Fiducia: item pro Cogitatione quæ ab elato animo proficiscitur. Thuc. 2, (43.) Ἀλγεινοτέρα γὰρ ἀνδρί γε φρόνημα ἔχοντι ἡ ἐν τῷ μετὰ του μαλακισθῆναι κάκωσις, ubi ἐν τῷ et μετὰ τοῦ stare vix posse arbitror, ut de hoc obiter lectorem admoneam: ibid. (62.) Ἰέναι δὲ τοῖς ἐχθροῖς ὀμόσε μὴ φρονήματι μόνον, ἀλλὰ καὶ καταφρονήματι, quo in loco φρόνημα lubenter reddiderim Fiduciam, sicut in illo priore Animi magnitudinem, aut etiam Elationem animi, vel Elatum animum. Sic et 5, (43.) p. 179. de Alcibiade, Οὐ μέντοι ἀλλὰ καὶ φρονήματι φιλονεικῶν ἠναντιοῦτο, Schol. exp. ὄγκῳ et ἐπάρσει. In principio autem hujus ipsius pag. est locus ille cujus a me paulo ante facta fuit mentio, in quo sc. hoc vocabulum gen. adjunctum habet: quod observatione dignissimum est; ita enim ibi legitur, Ἀλλ' ἐν φρονήματι ὄντες τῆς Πελοποννήσου ἡγήσεσθαι: quod Valla reddit, Sed animum Peloponneso imperandi habuissent. At ego quamvis addatur gen., non dubito quin hie itidem inclusam Magnitudiuis animi s. Elationis signif. habeat vox φρόνημα: ideoque ita interpretarer, Sed ea præditi essent animi magnitudine ut de imperando Peloponneso cogitarent. Vel, Sed tam elato essent animo ut etc. Vel ita, Sed, ut erant animo elato, cogitarent de etc. Aut sic, Sed de imperando Peloponneso cogitarent, (s. de obtinendo Peloponnesi imperio,) usque adeo elato animo erant, aut usque adeo magnos spiritus gerebant. Recte igitur Schol. φρονήματι exp. διανοίᾳ ἐπῃρμένῃ. Sed male subjungit, (si tamen hæc Ejusd. sunt, ac non potius alius cujnspiam, cujus sunt et pleraque alia Scholia ceteris longe inferiora, vel potius nullo modo cum illis comparanda,) ἀλλ' ἐλπίζοντες, ἤτοι φροντίζοντες. Usus sum porro et voce Spiritus in plur. quam et alibi adhibere interpretationi vocis φρόνημα possumus. Quin etiam voce Animi hanc interpretari alicubi licet; sed cum Animos Latini vocent etiam iram, (ut ap. Ovid. Quæ tibi res animos in me facit, improbe,) ideo videndum est ut hac interpr. non sine cautione utamur. Adde quod Animi pro Elato animo, s. Magno animo et excelso, prosæ parum usitatum est, quantum quidem meminisse possum; estque potius quod nostra lingua vocamus Courage, Græca autem θυμὸν, ut cum Cic. dicit Addere animos: pro quo frequentius est Addere animum. At Poetis non infrequens est plur. Animi, ea in signif. sicut et Tollere animos. Virgilio certe Ire animis contra, idem plane esse existimo quod Thucydidi ἰέναι φρονήματι ὀμόσε τοῖς ἐχθροῖς in loco quem paulo ante protuli. At Spiritus in plur. de Elatione animi, vox est prosæ quoque Scriptoribus usitatissima, ideoque hac potius utendum fuerit. Redditur alioqui φρόνημα et Elatio, sine adjectione gen. illius Animi. Gaudet porro vocabulo illo inter vett. Scriptt. et Xen. ap. quem legitur etiam ἀνυπόστατον φρόνημα παρέχεσθαι, K. Π. 5, (2, 15.) Οἱ πολλοὶ ἀνθρώπων, ὅταν μὲν θαρρήσωσιν, ἀνυπόστατον φρόνημα παρέχονται, Tantos spiritus concipiunt ut illis obsisti nullo modo posse videatur. Apud Eund. accus. φρόνημα invenitur junctus etiam verbo θήγειν, et in contraria siguif., sed alio metaphoræ genere, junctus verbo κατασβέσαι, nec non verbo ἀνατρέψαι. Dicitur et καταβάλλειν τὸ φρόνημα: unde τὸ φρόνημα καταβεβλημένος, Qui deposuit spiritus, Cui velut dejecti sunt spiritus. Huc pertinet ὑφεῖναι τοῦ φρονήματος e Dionys. H. pro Minuere spiritus. Affertur et ἀπὸ τοῦ φρονήματος καθελεῖν, in VV. LL. sed pro Deducere de constantia et proposito. Verum nec Scriptor, e quo genus illud loquendi petitum est, nominatur, nec hujus interpretationis Auctor, adeo ut mihi plane suspecta sit, sicut et φρόνημα ἔχειν, quod in Iisd. redditur Prudentem esse, cum in eo quem protuli e Thuc. loco ἀνὴρ φρόνημα ἔχων sit Magnitudine animi præditus, Animo elato s. celso præditus, Vir animi celsi, s. excelsi. Illi antem καταβεβλημένος τὸ φρόνημα opponi potest ὁ παραλαμβάνων τὸ φρόνημα, e Dem. Qui assumit spiritus, tollit animos: quod tamen majorem quam illud Superbiæ significationem habet. Hoc quoque observandum est, inveniri ap. Eund. hanc vocem φρόνημα oppositam τῇ ταπεινότητι. Nam talis vocis illius usus plane convenit cum eo quem ap. Thuc. habet I. 2. Hæc enim verba, quæ paulo ante ex eo protuli, Δουλοῖ γὰρ φρόνημα κ. τ. λ., proxime subjunguntur istis, ταπεινὴ ὑμῶν ἡ διάνοια ἐγκαρτερεῖν ἃ ἔγνωτε. Ut autem φρόνημα et ταπεινότης inter se opponuntur, ita vicissim φρόνημα et μεγαλοφροσύνη a Plut. copulantur, et φρόνημα ac μέγεθος τῆς ψυχῆς, item ὄγκος et φρόνημα. Usurpatur autem et plur. φρονήματα. Isocr. Archid. Τοὺς γὰρ ἐν ἀξιώμασι καὶ φρονήμασι βεβιωκότας. Usus est et

Xen. Affertur ex Aristot. quoque, Φρονημάτων πλήρης. Sciendum est porro φρόνημα inveniri et in malam partem usurpatum: tunc autem fuerit potius Insolentia, Superbia, Fastus, velut in isto Greg. Naz. loco, ex Or. quam εἰς Βασίλειον scripsit, Ὁ μὲν παρῆν, ὁ δὲ προὐκαθέζετο, γέμων θυμοῦ καὶ φρονήματος· εἱστήκει δὲ οἷον ὁ ἐμὸς Ἰησοῦς Πιλάτου κρίνοντος. Ubi cum copulentur θυμοῦ et φρονήματος, θυμοῦ quidem habet illam signif. quam vides habere Animos in versu Ovidii quem antea protuli, Quæ tibi res animos in me facit, improbe? at φρονήματος illam alteram, quam habere vocabulum idem Animos supra ostendi. [" Thom. M. 894. ad Charit. 603. Jacobs. Anth. 10, 179. ad Cornel. Nep. 276. Bentl. Opusc. 41. Toup. ad Longin. 389. Plut. Mor. 1. p. 2. Ox. Fischer. ad Anacr. p. 9. Brunck. p. 100. Ed. 2. ad Herod. 373. 690. ad Diod. S. 1, 221. Φρ. παρέχεσθαι, Fac. ad Paus. 1, 88." Schæf. Mss. Ernesti Lex. Techn. Gr. Rhet. Schleusn. Lex. V. T.]

HINC Φρονηματίας, ὁ, Qui est elato animo, Vir excelsi animi. A Bud. redditur, Homo elati spiritus, De se magnifice sentiens, ap. Aristot. Polit. 5. Ἔστι δὲ πρὸς σωτηρίαν τῆς τυραννίδος, τὸ τοὺς ὑπερέχοντας κολούειν, καὶ τοὺς φρονηματίας ἀναιρεῖν. Usus est Diog. L. Chrysippo, Οὕτω δ' ἦν φρονηματίας, ὥστ' ἐρομένου τινὸς, κ. τ. λ. [Longin. 9, 4. Xen. Ages. 1, 24. " Valck. Anim. ad Ammon. 143. * Φρονηματιάω, Tzetz. Exeg. in Il. p. 21, 23." Schæf. Mss. " Chrys. in Ep. ad Hebr. Serm. 28. T. 4. p. 576, 38." Seager. Mss.] Affertur ETIAM Φρονηματώδης pro ead. signif. [Philostr. V. Polemon. p. 535. " Boiss. 427. 512." Schæf. Mss. Vide Φρονιμώδης.]

Item VERB. Φρονηματίζομαι, Animos tollo, Efferor, Majores spiritus duco, ut Fabius loquitur; Magnifice de me sentio. Ita Bud., qui affert partic. præt. (1, 68, 7. 2, 3, 3.) πεφρονηματισμένος e Polyb. et Diod.: et aoristum φρονηματισθέντες ex Aristot. Vide Comm. 891. Forsan φρονηματίζομαι exponi possit e Dem. φρόνημα παραλαμβάνειν. Habet autem Suid. et vocem ACTIVAM Φρονηματίζω, sed absque ullo exemplo. Certe ubicunque extet, credibile est accipi pro Facio ut quis animos tollat, vel se efferat, Animi elationem alicui effero. [" Schol. Theocr. 14, 48. ad Diod. S. 1, 221. 426. 463. 695. Heind. ad Plat. Hipp. 141." Schæf. Mss.] Hinc verbale NOM. Φρονηματισμὸς, Ipsa actio efferendi se, et animos tollendi. Alicubi tamen reddi potest Animi elatio, sicut et φρόνημα, ut in quodam loco quem affert Suid., ubi ipse exp. ἔπαρσιν et τύφον. [Polyb. Fr. Gr. 106.]

Φρόνησις, ἡ, Prudentia, Sapientia, Intelligentia: quarum Cic. interpr. exempla habes in meo Cic. Lex. A Plut. περὶ τῆς Ἠθικῆς Ἀρετῆς dicitur φρόνησις esse virtus ποιητέα ἐπισκοποῦσα, καὶ μὴ ποιητέα. Habes ejus definitionem et ap. Aristot. Rhet. 1. Isocr. ad Demon. (2.) Ῥώμη δὲ μετὰ μὲν φρονήσεως ὠφέλησεν, ἄνευ δὲ ταύτης, πλείω τοὺς ἔχοντας ἔβλαψε. Apud Eund. legimus in Panath. Ὑπερηφάνοις γενομένοις καὶ τὴν φρόνησιν διαφθαρεῖσι. Est certe frequens φρόνησις pro ea virtute, quæ a Latinis Prudentia vocata fuit. Sed redditur etiam Intelligentia, et quidem a Cic. quoque (de Off. 1, 45.) ut modo dixi. In VV. LL. affertur ex Aristot. Top. pro Intelligentia perceptioneque rerum quæ a scientia traduntur. Bud. autem ἀντὶ ἐπιστήμης, i. e. Pro scientia, sæpe a Plat. accipi testatur. [" Eur. Suppl. 216. Luzac. Exerc. 35. ad Anacr. p. 9. Fischer., Brunck. Œd. T. 601. Musgr. Bacch. 314. Ind. ad Xen. Mem." Schæf. Mss. Schleusn. Lex. V. T. * Αὐτοφρόνησις, Himer. Eclog. 32, 72. * Φρονητέον, Phalar. Epist. 38.]

Invenitur ETIAM Φρόνις ap. Hom., quod quidam per sync. factum putarunt e φρόνησις. Od. Γ. (244.) de Nestore, ἐπεὶ περίοιδε δίκας ἠδὲ φρόνιν ἄλλων. At vero Δ. (258.) Πολλοὺς δὲ Τρώων κτείνας ταναηκέϊ χαλκῷ Ἦλθε μετ' Ἀργείους, κατὰ δὲ φρόνιν ἤγαγε πολλὴν, quidam pro φρόνησιν itidem intellexerunt, quidam, præpositionem jungentes nomini, putarunt καταφρόνησιν significari. Sed et pro λείαν accepisse quosdam ex recentioribus testatur Eust. [" Wakef. S. Cr. 1, 24. Musgr. Andr. 365." Schæf. Mss. Opp. Ἀ. 1, 653. Lycophr. 1456. Φρόνις, * Φρόνος, Valck. Schol. in N. T. 2, 231.]

Φρόνιμος, ὁ, ἡ, Prudens, Sapiens, ut a Cic. redditur ap. Plat. Esse alioqui σοφοὺς alios quam φρονίμους, docet Aristot. Eth. 6, (7.) cum scribit Anaxagoram et Thaletem atque alios hujusmodi fuisse quidem vocatos σοφοὺς, at non φρονίμους, utpote ἀγνοοῦντας τὰ συμφέροντα αὐτοῖς. Eod. l. φρονίμους appellari tradit τοὺς δεινοὺς etiam et πανούργους. Ab Aristot. φρόνιμοι et ἄφρονες inter se opponuntur, sicut ap. Matth. 25, (4.) αἱ φρόνιμοι παρθένοι opponuntur ταῖς μωραῖς. Sed aliquis dicitur etiam φρόνιμος περί τι, τινος. Affertur enim e Plat. de LL. Φρόνιμος περὶ συνουσίας, et φρόνιμος περὶ τῶν πολεμικῶν, e Xen. Ἀπολ. (20.) pro Perito. Talis certe est signif. nominis φρόνησις, cum περὶ τῆς ἐπιστήμης dicitur. [" Phryn. Ecl. 170. Plato Lys. p. 19. Dionys. H. 3, 1464. Zeun. ad Xen. K. Π. 121. 763. Valck. Phœn. p. 789. ad Herod. 516. Opp. σοφὸς, Heind. ad Plat. Hipp. 124. Conf. c. φιλότιμος, ad Dionys. H. 3, 1368." Schæf. Mss. Soph. Aj. 259. El. 1058. Bato Athenæi p. 163. Φρονιμώτερος, LXX. Gen. 41, 39. Φρονιμώτατος, ibid. 3, 1. * " Παμφρόνιμος, Tzetz. Ch. 4, 596. Vir doctus in Class. Journal 23, 164. proponit παραφρονιμώτατος in loco Tzetzæ pro παμφρ. Sed hæc correctio versum syllaba una longiorem facit." Boiss. Mss.] Hinc ADV. Φρονίμως, Prudenter Sapienter, ut ζῆν φρονίμως Cic. ap. Epicurum vertit, Sapienter vivere. [Symm. Cohel. 7, 1.] Compar. gradus Φρονιμώτερον, Prudentius, Sapientius. Superl Φρονιμώτατα, Prudentissime, Sapientissime. At vero COMP. Παραφρόνιμος vide in Παραφρονῶ. [* Φρονιμότης, Epiphan. 1, 275. " Greg. Nyss. Antirrh. adv. Apoll. 7. p. 140." Kall. Mss. * " Φρονιμώδης, vocem quæ ab HSt. omittitur, obelo perfodit Schn. Caret et auctoritate et analogia; ac sicubi inveniatur, restitue probam vocem φρονηματώδης, obviam in Philostr. Her. 683." Osann. Auct. Lexx. Gr. 166. Vox bene Græca, Bast. Ep. Cr. 25. " Boiss. Philostr. 512." Schæf. Mss. * Φρονιμεύομαι, Phryn. Ecl. 386. Φρονιμεύεσθαι μὴ λέγε, φρονεῖν δὲ τὰ ὄντα. " Verbum φρονιμεύεσθαι, quod in Gloss. Græcitatis mediæ commemoratur et etiam nunc vivit in Græcorum sermone, nisi Phrynichus in numero proscriptorum retulisset, vix notum esset hodie, quippe ne Lexicographis quidem animadversum; nec * Φρονίμευσις, Schol. Lucian. Bis Accus. 21. p. 78. receptum est; sed quod ex J. Stob. (Ecl. Eth. 194.) proferunt * φρονίμημα, luce clarius est in * φρονίμευμα mutandum esse." Lobeck.]

Composita verba cum nominibus, adverbiis, et præpp.

Ἀλλοφρονέω, Aliud in animo habeo, Non attendo, Mentem non adhibeo ad id quod cerno. Od. K. (374.) Ἀλλ' ἤμην ἀλλοφρονέων· κακὰ δ' ὄσσετο θυμός. || Mente sum alienata, Insanio. Il. Ψ. (698.) Κάδδ' ἀλλοφρονέοντα μετὰ σφίσιν εἶσαν ἄγοντες. Eust. Herodotum quoque (5, 85.) ita usum docet: [Aliter sentio, 7, 205. " Theocr. 22, 129. ad Herod. 43. 415. 601. Tzetz. Exeg. in Il. p. 9, 8." Schæf. Mss.]

Ἀναφρονέω, Rursum sapio, Resipisco. Idem valet et ἀνανήφω, ut suo loco dictum est. Basil. ad Juvenes, Ὅπως ἂν ἐξ ἑλλ. κ. τ. λ. τοὺς δὲ οὕτως ἀναφρονῆσαι ὑπὸ τοῦ μέλους, κ. τ. λ. Secundum Suidam ἀναφρονεῖν est etiam Pœnitere alicujus rei, Pœnitentia duci. [" Toup. Opusc. 2, 185." Schæf. Mss. Xen. K. Ἀ. 4, 8, 21. Valck. Schol. in N. T. 2, 500.]

" Διαφρονέων, Hes. διανοούμενος, Cogitans, Animo " volutans." [Synes. p. 39. Χαῦνόν τι καὶ διαπεφρονημένον: sed locus suspectus.]

[* Ἐκφρονέω, i. q. ἔκφρων εἰμὶ, Dio Cass. 556. Anecd. Bekk. 141. * Ἐμφρονέω, i. q. ἔμφρων εἰμὶ, Hippocr. 1149. * Ἐπιφρονέω, i. q. ἐπίφρων εἰμὶ, Od. T. 385. ἐπιφρονέουσ' ἀγορεύεις. Hes. * Ἐπιφρονεύουσιν· ἐπακούουσιν.]

Εὐφρονέω, pro εὐφρονῶ, ap. Hom., Prudens sum, Prudentia valeo. Il. A. (73.) et alibi, Ὅς σφιν εὐφρονέων ἀγορήσατο, καὶ μετέειπεν, Schol. καλῶς φρονῶν, itidemque Hes. Quidam vero accipiunt pro Bene cupiens, Benevolus. Affertur ITIDEM Εὐφρονέω

conjunctim scriptum, pro Prudens sum: tum e Suida, quem consule, tum ex Aristoph. N. (562.) εὐφρονεῖν δοκήσετε. Potius tamen, atque adeo passim, invenitur scriptum disjunctim, ut et scripsi supra in Φρονῶ. Ceterum legitur ETIAM Εὐφρονιῶν ap. Hes., si modo caret mendo hæc lectio, i. valens q. εὐ φρονῶν. [" Εὐφρονέω, Theogn. 27. Musgr. Iph. A. 1190. Heyn. Hom. 4, 38." Schæf. Mss. Soph. Aj. 491. εὐ φρονῶ τὰ σά. * Εὐφρόνησις, Schleusn. Lex. V. T.]

Καταφρονέω, Contemno, Despicio: quæ signif. unde orta mihi videatur, docebo infra. Cum accus. ap. Thuc., et alios quosdam vetustos Scriptt.: ap. ceteros autem cum gen. potius. Thuc. 6. Τὸ μὲν καταφρονεῖν τοὺς ἐπιόντας, 8. Τούς τε παρόντας πολεμίους ἐκ τῶν λεχθέντων καταφρονεῖν: ibid. (c. 8.) Καταφρονήσαντες τῶν Ἀθηναίων ἀδυνασίαν, de quo loco dicam aliquid infra. Exempla autem constructionis cum gen. passim obvia sunt. Jungitur porro non solum genitivo personæ, sed frequenter et gen. rei. Herodian. 5, (5, 10.) Καταφρονήσας τῶν ὑπὸ τῆς πρεσβύτιδος λεχθέντων: 3, (6, 11.) Ἀλβῖνος δὲ σπονδῶν καὶ ὅρκων καταφρονήσας: (2, 10, 10.) Κρύους καὶ θάλπους ὁμοίως καταφρονῶν. Pass. Καταφρονουμαι, Contemnor, Despicior. Lucian. Οὐδὲ καταφρονηθήσῃ. Item καταφρονεῖσθαι εἴς τι, Xen. Ἑλλ. 7, (4, 29.) Τὸν πρόσθεν χρόνον εἰς τὰ πολεμικὰ καταφρονούμενοι μὲν ὑπ' Ἀρκάδων. De differentia autem verbi καταφρονεῖν a περιφρονεῖν, in hoc verbo dicendum erit. ‖ Καταφρονέοντα, Gal. ap. Hippocr. exp. τὸν ἀνετέως αἰσθανόμενον, ubi non dubium est quin ἀνετέως mendosum sit. [" Forsan ἀτενέως vel ἀτενῶς leg. Erotian. in Gloss. Hipp. Κατεφρόνεε· κατενόει." Schw. Mss.] Bud. ex Herod. (1, 59.) affert pro Affecto, Meditor: [" Καταφρονήσας τὴν τυραννίδα, Tyrannidem meditans, Animo agitans. Et, ut ap. Hippocr., sic etiam ap. Herod. καταφρονεῖν subinde nil aliud signif. nisi κατανοεῖν, Considerare, Cogitare: Herod. 1, 66. Καταφρονήσαντες Ἀρκάδων κρέσσονες εἶναι, Fortiores se esse reputantes quam Arcades: 8, 10. Καταφρονησάντες ταῦτα, Hæc considerantes, reputantes." Schw. Mss. " Καταφρονεῖτε, Contemnitis, Despicitis. Contrario sensu poni videtur ap. Herod. l. c. ubi cupidissimus imperii Pisistratus dicitur καταφρονήσας τὴν τυραννίδα. Sed probabiliter ille scripserat καὶ φρονήσας, ut ap. Aristoph. (Σφ. 505.) legitur de eo qui tyrannidem affectabat, φρονῶν τυραννίδα." Valck. Schol. in 1 Cor. 11, 20.] Quod ad Contemnendi signif. attinet, eam inde ortam esse arbitror, quod quem contemnimus, videmur quodammodo φρονεῖν κατ' αὐτοῦ, quod fuerit, ad verbum, Sentire adversus eum, i. e, Malam de eo habere opinionem. Apud Thuc. autem in eo quem protuli, loco e l. 8. Καταφρονήσαντες τῶν Ἀθηναίων ἀδυνασίαν, existimavi aliquando καταφρονήσαντες positum esse pro καταγνόντες: et ne nunc quidem de hac sententia facile deduci possim. [" Kuhn. ad Paus. 81. Wyttenb. ad Plut. de S. N. V. p. 12. Ammon. 144. omnino Valck. ad Herod. 27. Lennep. ad Phal. 140. Thom. M. 510. Brunck. Soph. 3, 516. Contemnens opinor, Wolf. in Add. ad Xen. Hell. Schneid. p. 121. Valck. l. c. Wessel. 32. Considero, Larcher ad Herod. 5. p. 416. Valck. l. c. Wessel. l. c. et 623. Diss. Herod. 197. Puto de —, Wakef. S. Cr. 3, 68. ubi de loco Herodoteo. De constr., Abresch. Lectt. Aristæn. 277. ad Herod. 533. ad Diod. S. 2, 370. Cum gen., Xen. Mem. 1, 2, 9. Cum accus., Wyttenb. ad Plut. de S. N. V. p. 25. Sequ. infin., Xen. Ἑλλ. 4, 5. 12. Wolf. ad h. l. p. 121. Τὸ καταφρονοῦν, Dionys. H. 2, 945." Schæf. Mss. " Cum gen., Minus æstimo, Theoph. ad Autol. 2, 38." Schleusn. Mss. Plato Apol. 16. Ὃς τοῦ κινδύνου κατεφρόνησε παρὰ τὸ αἰσχρόν τι ὑπομεῖναι. Plut. Superst. 3. Ἐξαναστάντες οὐ κατεφρόνησαν. * Καταπεφρονηκότως, Contemtim, Diod. S. 404. 448. 473. 703. Demosth. 219. * Καταπεφρονημένως, idem, Schol. Lucian. adv. Indoct. c. 10. " Chrys. Hom. 21. T. 5. p. 129, 9." Seager. Mss.] Καταφρόνημα, τὸ, Contemtus, Contemtio, Despicientia, Thuc. 2. vide Καταφρόνησις quod proxime sequitur. [" Valck. ad Herod. 27. Toup. Emendd. 2, 627. ad Charit. 604." Schæf. Mss. Dio Cass. 449.] Καταφρόνησις, ἡ, i. q. præcedens, sed usitatius. Thuc. 2, (62.) p. 67. meæ Ed., pro eod. καταφρόνησιν et καταφρόνημα usurpat. At 1, (122.) p. 39. in hoc verbali præp. intensive positam existimat Schol., quem ibi vide. [" Ad Charit. 603." Schæf. Mss.] " Καταφρονητέον, Despicien-" dum," [Athen. 625. " Orig. c. Cels. 433." Kall. Mss.] Καταφρονητής, ὁ, Contemtor. Apud Plut., θαυμασταὶ et καταφρονηταὶ inter se opp.: [Bruto 12.] Καταφρονητικός, Ad contemnendum propensus, Qui ita est a natura comparatus, ut facile ceteros contemnat. Utitur Aristot. Eth. 4, 3. ubi quidam interpr. Propensus ad ceteros contemnendos natura, item Contemtor natura. In VV. LL. dicitur καταφρονητικός, idem esse cum καταφρονητής, cum alioqui ut θαυμαστὴν καταφρονητῇ, sic θαυμαστικῷ opponi καταφρονητικὸν videamus. [Plut. 6, 147. " Καταφρονητικώτερον, Anna C. 402." Elberling. Mss.] Item ADV. Καταφρονητικῶς, Contemtim, Per contemtum, Xen. Ἑλλ. 4, (1, 9.) et 5, (3, 1.) Affertur et cum gen. Κ. τῶν εὐτελεστέρων, Contemtu viliorum. [Plut. Lysandro 11. Cæsare 2. " Schol. Lucian. Jov. Trag. 15. Jo. Damasc. Ep. ad Theoph. de Imagg. 116. Combef., Glossator ad Soph. Œd. T. 874. ap. Brunck., Anna C. 148." Boiss. Mss. " Valck. Diatr. 71." Schæf. Mss.] AT VERO Καταφρόνητος in VV. LL. redditur Qui est contemtui, Despectus. Sed exemplum desidero; ac vereor ne irrepserit pro BICOMP. Εὐκαταφρόνητος, quod redditur itidem Contemtus, Despicieudus: et compar. εὐκαταφρονητότερος, Contemtior. Sed sonat potius q. d. Contemtibilis, Qui talis est ut facile in contemtum veniat, s. venire possit. Latine potius Aspernabilis. Utuntur autem cum alii, tum Herodianus. Interdum etiam οὐκ εὐκαταφρόνητον dicitur esse aliquid, ubi reddi potest Non pœnitendum: ea signif. qua dicitur Haud pœnitenda merces. [Diod. S. 758. Euseb. H. E. 5, 1. p. 206. Osann. Auct. Lexx. Gr. 73. Dionys. H. de C. VV. c. 2. p. 11. ὀνόματα, Verba abjecta, humilia, quæ et ταπεινά. " Toup. Opusc. 1, 348. ad Charit. 241." Schæf. Mss. * Ἐνευκαταφρόνητος, f. l. ap. Athen. 10. p. 180. Schw. = 458. Cas. * " Εὐκαταφρονήτως, Contemtu vel Despicatu digne, Orig. c. Cels. p. 23. 101. 164. 325." Kall. Mss. " Bergler. ad Alciphr. 198." Schæf. Mss.] " Ἀκαταφρόνητος, Non " contemtibilis vel contemnendus: Plut. τὸ ἀκατα-" φρόνητον videtur accipere pro Contemni nolle, cum " in libro de Frat. Amore dicit quosdam in fratribus " τὸ φιλόνεικον nominare ἀκαταφρόνητον." [Joseph. A. J. 9, 11, 2. Xen. Ages. 6, 8. " Chrys. in 1 Thess. Serm. 6. T. 4. p. 192, 29." Seager. Mss.] " Δυσκα-" ταφρόνητος, Qui contemni despicique vix potest." [Δυσκαταφρονητότερος, Contemtui minus obnoxius, Xen. K. Π. 8, 1, 14. * " Ἀττικαταφρονέω, Georgius Lapitha Poem. Mor. 1354." Boiss. Mss. Dio Cass. 544. * Προσκαταφρονέω, 202. * Συγκαταφρονέω, Appian. B. C. 1. p. 705. * Συγκαταφρόνησις, B. Syr. p. 100. * Ὑποκαταφρονέω, Hippocr. 1133. Ad verbum Καταφρονέω referendum etiam videtur adv. * Καταφροιέστερον, ap. Isæum p. 195. Πολλῶν δὲ δικῶν ἐν τῇ πόλει γενομένων, οὐδένες ἀναιδέστερον τούτων οὐδὲ καταφρονέστερον ἀντιποιησάμενοι φανήσονται τῶν ἀλλοτρίων. " Adverbium rarius quidem inventu, bonæ tamen illud notæ, sine causa incusantem (Stephanum) haud audio; ut ἀναιδέστερον est Majore cum impudentia, ita καταφρονέστερον est Majore cum contemtu. Dicet, ἀναιδὴς quidem se nosse, negabit autem * καταφρονὴς nosse. Respondeo, adverbiorum formam derivatorum ab adjectivis præferentium esse nonnulla, quorum primitiva, h. e. adjectiva in usu minus sunt, et nihilominus tamen adverbia inde producta probæ notæ et crebri usus sunt." Reisk. * Καταφρονικὸς autem et * Καταφρονικῶς, prius ap. Gal. Comm. 2. in Hipp. Epid. p. 74. Καταφρονικοὶ τῶν μικρῶν πραγμάτων, posterius ap. Appian. 2, 236. in καταφρονητικὸς et καταφρονητικῶς mutanda sunt: vide Lobeck. Phryn. 520.]

[* " Μεταφρονέω, Basil. 3, 294." Bast. Mss. in Ind. Scap. Oxon.

Ὁμοφρονέω, Eadem sum mente, s. voluntate,

Eadem mihi est sententia, Idem sentio, Sum concors. Od. I. (456.) Εἰ δὴ ὁμοφρονέοις, ποτιφωνήεις τε γένοιο. Affertur autem ὁμοφρονέων πόλεμος, ex Herod. fortasse, (imo 8, 3.) pro Bello quod concorditer geritur: [7, 229. 8, 75. 9, 2.]

Παραφρονέω, Sum demens, Desipio, Deliro. Aristoph. Πλ. init. Δοῦλον γενέσθαι παραφρονοῦντος δεσπότου, (1477.) Ἐνταῦθα σαυτῷ παραφρόνει καὶ φληνάφει: Σφ. (8.) Ἀλλ' ἢ παραφρονεῖς ἐτεὸν, ἢ κορυβαντιᾷς. Plut. Pericle, Τῇ νόσῳ παραφρονήσαντες, Qui in delirium s. mentis errorem e morbo inciderunt. Possumus autem παραφρονῶ reddere et uno verbo Dementio, e Lucr. Sæpe animus dementit enim deliraque fatur. Nam quod ad alteram lectionem attinet, Sæpe animus dementia enim deliraque fatur, eam suppositiam esse puto, et ab iis ortam, quibus Dementit suspectum erat. Sed supicionem mendi Lactantius adimit, eo verbo non semel utens. ["Thom. M. 691. Abresch. Æsch. 2, 54. Stanl. Eum. 379. Cattier. Gazoph. 84. Valck. ad Herod. 206." Schæf. Mss. Æsch. S. c. Th. 807. παραφρονῶ φόβῳ λόγου. Παραιφρονέω, Theocr. 25, 262.] Παραφρόνησις, Deliratio, Insipientia, [Schol. Soph. Œd. T. 118. Schleusn. Lex. V. T.] Pro quo dicitur etiam παραφροσύνη: sed hoc fit a nomine παράφρων, sicut et nom. Παραφρονία, quod redditur Dementia: verum ejus exemplum desidero. AT VERO Παραφρόνιμος, nomini φρόνιμος ita præfixam præp. habet ut in παραφρονῶ præfixa est verbo φρονῶ. Est autem παραφρόνιμος, sicut παράφρων, Amens, Demens. Affert autem ejus usus exemplum Suidas, quem alioqui rarum esse puto. [Soph. Œd. T. 691.]

Περιφρονέω, Contemno, Despicio, sicut et καταφρονῶ. Hieron. tamen in Ep. ad Titum, ita hæc distinguit, ut καταφρονεῖν sit generaliter Contemnere, quod et in bonam partem accipi possit: veluti si quis pro Christo contemnat cruciatus aut mortem: at περιφρονεῖν dicatur qui fastu quodam sibi videtur alio melior ac sapientior. Sed afferam ipsamet Hieronymi verba. Ita igitur ille in Ep. ad Titum, c. 2. et quidem in hæc ejus verba, Μηδείς σου περιφρονείτω. Existimet aliquis, inquit, hoc ipsum nunc ad Titum scribi quod ad Timotheum dictum est, Nemo adolescentiam tuam contemnat. Nos vero juxta sermonis Græci differentiam, aliud putamus significare περιφρονείτω, quod hic scribitur, et aliud καταφρονείτω, quod ad Timotheum dictum est; et præpp. περὶ vel κατὰ sensum facere diversum. Aliquanto post, Existimamus itaque καταφρόνησιν ad contemtum proprie pertinere, vel cum quis inter eculeum laminasque distentus, contemnit dolorem, et nec judicis comminationem, nec circumstantis populi fremitum pertimescit; sed pro confessione martyrii, universa supplicia contemnit et despicit. E contrario autem est et malus contemtus, de quo, etc. Paulo post, Περιφρόνησις autem illud sonat, (sicut Stoici tamen asserunt, qui distinguunt inter verba subtiliter,) cum quis confidens sibi se alio esse meliorem, despicit eum quem inferiorem putat: et super (i. e. plus) sapiens, humiliorem existimat dignum esse contemtu. Tale quid intumescens superbiæ vanitate, et cœlum ipsum solemque despiciens, ap. Græcos quidam dixisse deluditur, Ἀεροβατῶ καὶ περιφρονῶ τὸν ἥλιον: quod nos Latine possumus dicere, Scando per aerem, et pluris me novi esse quam solem. Περιφρόνησις ergo quæ nunc ad Titum ponitur, illum sensum habet, Nemo eorum qui in ecclesiis sunt, te segniter agente, sic vivat ut se putet esse meliorem. Hactenus Hieron.: cui certe non assentior de ea quam inter καταφρονεῖν et περιφρονεῖν statuit differentia, et quidem ap. Paulum præsertim. Eum enim tam exacte vim præpositionum in his verbis ponderasse, mihi non fit verisimile. Hoc constat, περιφρονῶ accipi pro Contemno, sicut et καταφρονῶ: quod verbum unde hanc signif. habere mihi videatur, supra exposui. Quod autem ad Aristoph. locum attinet, ex ambigua verbi περιφρονῶ signif. captatum esse risum constat: de qua ambiguitate Hieron. tacere nequaquam debuit: eam ipse paulo post patefaciam. Hoc prius sciendum est, περιφρονῶ pro Contemno, non genitivo solum, sed et accusativo jungi; et utriusque constr. exempla in A præcedentibus ll. extare: sed constructionem cum gen., linguæ communi ascribi, at cum accus., linguæ Atticæ. Videmus certe Aristoph. supra non illa, sed hac uti. At Plut. genitivo junxit, (sicut et Paulus,) in Pericle, Αὐθαδείᾳ τινὶ πρὸς ἔνδοξον ἰσχὺν, περιφρονῆσαι τῶν Λακεδαιμονίων. At Greg. Naz. eandem quam Aristoph. constr. illi dedit, Epit. in Patrem, Καὶ τοῦ κόσμου περιφρονεῖν τὸ ἀπατηλὸν καὶ ἄτακτον. Venio ad alteram verbi περιφρονῶ signif., qua poni dicitur pro Circumspicio, Contemplor, Scrutor, Inquiro. Aristoph. N. (739.) κατὰ μικρὸν περιφρόνει τὰ πράγματα. Sonare certe non potest περιφρονῶ, Circumspicio, (si utriusque vocis origo consideretur,) sed retinendo simplicis φρονῶ signif., dici potest, meo quidem judicio, sonare, Circumquaque mentem converto, s. Animo considero, vel perpendo, mentem circumquaque agitans. Captans autem risum e duplici signif. verbi hujus Aristoph. tanquam sc. ambiguitatem pariente, introduxit Socratem dicentem, (N. 225.) Ἀεροβατῶ, καὶ περιφρο-
B νῶ τὸν ἥλιον: cum enim intellexisset περισκοπῶ τὸν ἥλιον, tamen tanquam significare voluisset ὑπερφρονῶ τὸν ἥλιον, respondetur, Ἔπειτ' ἀπὸ ταῤῥοῦ τοὺς θεοὺς ὑπερφρονεῖς; (malo enim legere cum interrogatione) contemtum deorum illi objiciendo. Ceterum affertur et alius hujus verbi usus ex LXX. Interprr. Sap. Solom. 1, (1.) Περιφρονήσατε τοῦ Κυρίου ἐν ἀγαθότητι, pro Sentite de Domino in bonitate. Perinde sc. ac si scriptum esset, disjuncta præp. a verbo, φρονήσατε περὶ τοῦ Κυρίου. Sed hunc verbi περιφρονεῖν usum haud scio an alibi reperire quis possit; nec satis fidei exemplaribus in hac lectione adhibeo. Quod vero ad duas alteras signifi. attinet, priorem locum ei dedi, qua ponitur pro Contemno, propter Καταφρονῶ et Ὑπερφρονῶ idem significantia. ["Thom. M. 510. 870. Abresch. Æsch. 2, 54. Stanl. Eum. 379. Kuster. Aristoph. 54. ad Diod. S. 2, 219. Dionys. H. 1, 178. Bast Lettre 101. Boiss. Philostr. 569. Matth. ad Ep. Pauli ad Tit. p. 131." Schæf. Mss. Thuc. 1, 25. Plut. Thes. 1. "Περιφρ. τοῦ ζῆν,
C Contemnere vitam, 3, 22. Οὐ περιφρονοῦσα ἡλικία, Non admodum sapiens ætas, 3, 3. ubi v. notas. Cf. Etym. M. v. Περίπατος, et Spanh. ad Aristoph. N. 225." Fischer. Ind. Æschin. Dial. Socr. * "Περιφρονητέος, Planud. Ovid. Met. 10, 684." Boiss. Mss.] Περιφρόνησις, Contemtus, Despicientia. Greg. Naz. de Cypriano, Τὴν τῶν χρημάτων περιφρόνησιν, τὴν τοῦ τύφου κατάλυσιν. Respiciendo autem ad alterum illum verbi περιφρονῶ usum, significare alicubi potest et Contemplatio, Scrutatio. [Plut. Pomp. 57. * Εὐπεριφρόνητος, Osann. Auct. Lexx. Gr. 73. * "Περιφρονητικὸς, Eunap. Legat. 215. Commel. = 470. Boiss. * Περιφρονητικῶς, Acta Jun. Bacchi p. 75. Conbef." Boiss. Mss.]

Συμφρονέω, Eadem sum mente, Consentio, Assentior, In unam sententiam convenio, Conspiro. Pro cujus signif. exemplo affertur e Canone 3 Ephesini Concilii, Συμφρονεῖν τῇ ὀρθοδόξῳ συνόδῳ: cum tamen συμφρονεῖν hic sit potius Consentire, vel Assentiri, quam Conspirare. Bud. vero recte, postquam dixit
D συμφρονῶ esse Consentio, In unam sententiam convenio, Communi consilio delibero, Conspiro, pro In unam sententiam convenio, h. Greg. Naz. l. affert, Τέλος συμφρονήσας δῆμος ἅπας. At pro Delibero communi consilio, usum esse Plut. testatur. Pro Conspiro autem, affert e Polyb. de Asdrubale Annibalis patre, 3, (8, 3.) Τοὺς δὲ πρώτους ἄνδρας ἐπὶ τοῦ πολιτεύματος, συμφρονῆσαι καὶ διαστῆναι πρὸς αὐτὸν, Conspirasse contra ejus inceptum tyrannidis. Ex eod. Scriptore (3, 52, 3.) habent VV. LL. Συμφρονήσαντες ἐπὶ δόλῳ, quod interpr. Composita fraude, ubi tamen et conspirationis signif. retinere potest. Apud Philon. V. M. 3. Consensionis simul et Conspirationis signif. ei datur, Ὑπὲρ δὲ τοῦ μὴ δοκεῖν ἰδίᾳ γνώμῃ νεωτερίζειν, καὶ τὴν πρεσβυτάτην τῶν δύο καὶ δέκα φυλῶν συμφρονεῖν ἀναπείθουσιν: ita enim hæc postrema verba Turn. reddidit, Antiquissimam duodecim tribuum ad consensionem et conspirationem pelliciunt. Idem hæc Ejusd. l. 1. Ἀλλ' εἰ ὁ θυγατριδοῦς αὐτῷ μὴ συμφρονεῖ, interpr., Sed quod nepos cum ipso non consen-

tiret. || Una intelligentia concipio et comprehendo. Aristot. de Mundo, Καὶ τὰ πλεῖστον ἀλλήλων ἀφεστῶτα τοῖς τόποις, τῇ διανοίᾳ συνεφρόνησε. Ita enim hic vertit Bud. Comm. Sed Idem alibi testatur poni et pro Intelligo, Percipio, Conjicio: ut Plut. (Pomp. 73.) Καὶ προσεκάλει τὸν Πομπήϊον, ἤδη συμφρονῶν τῷ σχήματι τὴν τύχην καὶ μεταβολὴν τοῦ ἀνδρὸς, Percipiens, Conjiciens, Intelligens. Item ex hoc Ejusd. in Antonio (40.) Καὶ τινὲς μὲν ἠγανάκτησαν ὡς ὑπερορώμενοι, τὸ δὲ πλεῖστον ἐπεκλάσθη, καὶ συνεφρόνησε τὴν αἰτίαν, Intellexit, συνῆκε, ut Idem ibid. Quibus subjungit ex Eod. in Cæsare, Συμφρονήσαντες οἱ περὶ Κάτωνα, πείθουσι τὴν γερουσίαν, pro Hoc intelligens Cato. Quin etiam in hoc Ejusd. Apophth. loco, Ὁ δὲ, συμφρονήσας ἐπαύσατο τῆς ὀργῆς, cum συμφρονήσας primo reddidisset Assentiens ei, postea deleta illa interpretatione, reposuit, Intelligens et conjiciens. Ibid. addit, συμφρονῶ esse κατανοῶ. Ita ille. Ego autem existimo hanc verbi συμφρονεῖν signif. non satis verbis illis exprimi; dici enim συμφρονεῖν non simpliciter Intelligere, sed subesse quandam signif. Cogitationis, in quam non statim, sed tandem venimus: i. e. dici nos συμφρονεῖν, cum cogitatio aliqua subiens animum, aut etiam recordatio rei alicujus, facit ut intelligamus quod prima fronte non intelligebamus. Non ignoro alioqui reddi et simpliciter verbo Cogitare, ut Plut. (6, 569.) Εἶτα μέντοι συμφρονήσας ὡς ὄνου υἱὸς εἴη, κατέπαυσε ταχὺ τὸν δρόμον. Quidam autem συμφρονήσας reddunt Ad se reversus, (tale quid fortassis exprimere volentes, quale est quod de hujus verbi signif. dixi,) ut ap. Plut. Camillo, Συμφρονήσας ὁ Βρέννος ἀπήγαγε τοὺς Κελτοὺς εἰς τὸ στρατόπεδον. Item in illo, quem paulo ante protuli, ex Apophthegmatis, Ὁ δὲ, συμφρονήσας ἐπαύσατο τῆς ὀργῆς. Affertur et cum infin. pro Augurari: ex Eod. in Themistocle, (28.) Συμφρονεῖ πρὸς ἐκεῖνον ἀναπέμπεσθαι, Auguratur se ad illum mitti. Sed tolerabilius esset verbum Conjicit: quod quorundam locorum interpretationi paulo ante adhiberi vidisti. Alioqui et hic illam Cogitandi signif. habere manifestum est; possitque fortasse commode reddi, Cogitatio hæc illius animum subit. Nisi quis malit, Re perpensa, arbitratur. Quod porro ad h. l. attinet, Γυναῖκες ἰδίᾳ πρὸς αὐτὰς συμφρονοῦσαι, cui datur hæc interpr., Mulieres suo privatim judicio permotæ; ego contra συμφρονεῖν hic puto dici mulieres pro Conspirare. Si tamen alio exemplo comprobari et illa signif. possit, de qua dictum fuit, sc. pro Deliberare communi consilio, hic et ipsa locum fortassis habere possit. [" Ad Diod. S. 1, 534. Dionys. H. 2, 1240. 3, 1333. Resipisco, Plut. Alex. 22. 172. et not. cf. p. 178. Schm. Intelligo, Percipio, Paus. 326. 380. ad Liv. 1. p. 30. Plut. Alex. 145. Schm. Conf. c. συμφωνῶ, ad Dionys. H. 1, 154." Schæf. Mss. Plut. Cat. Min. 70. Athen. 521. LXX. 3 Macc. 3, 2. Joseph. A. J. 18, 2. p. 875. Hav.] Συμφρόνησις, ἡ, Consensio, Consensus, Conspiratio. [Joseph.] At Συμφροσύνη eand. signif. habens, verbale non est, sed fit a σύμφρων: ideoque subjunctum ei fuit supra.

[* "Ὑποφρονέω, Prospicio, Sperno, Contemno, Joseph." Lex. Gr. Lat. ap. P. Baldvin. 1611. Schneidero susp.]

ΦΡΟΝΤΙΣ, ίδος, ἡ, Cogitatio, Cura, Solicitudo. Priorem autem locum do illi signif., qua ponitur pro Cogitatione, quod φρονεῖν itidem pro Cogitare usurpari videamus. Illam certe signif. habet in veteri Prov. Δεύτεραι φροντίδες σοφώτεραι: [Eur. Hipp. 440. Αἱ δεύτεραί πως φροντίδες σοφώτεραι:] nam hic et Cic. φροντίδες interpretatus est Cogitationes: Phil. 12. Posteriores enim cogitationes, ut aiunt, sapientiores solent esse. Idem hunc Euripidis versum in Theseo (Fr. 4.) Εἰς φροντίδας νοῦν συμφοράς τ' ἐβαλλόμην. vertit, Futuras mecum commentabar miserias. Ubi tamen φροντίδας et pro Curis accipere possumus. Jungitur autem φροντὶς cum variis verbis, sicut et Cura ap. Latinos. Dicitur enim φροντίδα ἔχειν, et διὰ φροντίδος ἔχειν τι, item φροντίδα παρέχειν: nec non φροντίδα ποιεῖσθαι, et ἐν φροντίδι ποιεῖσθαί τι: item ἐν φροντίδι εἶναι. Est autem φροντίδα ἔχειν, Curam habere; at διὰ φροντίδος ἔχειν, Curæ habere. Herodian. 8, (2, 14.) Πάντα εἶχον διὰ φροντίδος. Idem cum infin. junxit, præcedente præp. ὑπὲρ habente gen. τοῦ: 8, (7, 15.) Ὑπὲρ δὲ τοῦ καὶ τὰ βάρβαρα ἡσυχάζειν ἔθνη, διὰ φροντίδος ἡμεῖς ἕξομεν: quam constr. observandam potius quam imitandam censeo. Dixerunt enim veteres, φροντίδα ἔχειν τινὸς, potius quam φροντίδα ἔχειν ὑπέρ τινος. Quod autem attinet ad φροντίδα παρέχειν, Latine reddendum esset potius Molestiam exhibere, quam Curam exhibere; sed possumus ap. Xen. reddere Curam injicere, e Terent. At φροντίδα ποιεῖσθαι e Phal. Epist. affertur pro Curam suscipere, cum ἐν φροντίδι ποιεῖσθαι sit simile illi superiori διὰ φροντίδος ἔχειν, Curæ habere. Venio ad ultimum illud ἐν φροντίδι εἶναι, quod Xenophonti frequens est, et quidem sequente τί, vel ὅ, τι: ut Ἑλλ. 6, (5, 33.) Ἐν φροντίδι ἦσαν ὅ, τι χρὴ ποιεῖν περὶ Λακεδαιμονίων: Κ. Π. 5, (2, 2.) Ἐν φροντίδι ἦν ὅ, τι ποτὲ εἴη ταῦτα. Latini, ac præsertim Plautus et Terentius, dicunt Cura est, sequente particula Ut. Legitur item plur. numero, εἶναι ἐν φροντίσι, et εἶναι ἐν μεγάλαις φροντίσι, Esse valde solicitum. Habeturque illud ap. Herodian. (7, 8, 1.) qui etiam dicit (3, 4, 8.) Ἐν φροντίσι καὶ δέει διαγρηγορήσαντες: nec non, (2, 3, 1.) Φροντίσι μεγίσταις τὴν γνώμην ἐταράττετο. Apud Eund. (6, 7, 4.) leginius εἰς φροντίδα ἐμβάλλειν, quod sonat ad verbum, In curam conjicere; sed possit et hic locum habere illud loquendi genus, cujus paulo ante memini, Curam injicere. AT VERO Φρόντις, Φρόντιδος, Nomen est proprium non solum viri, sed et mulieris ap. Hom. ["Φροντὶς, Wakef. Phil. 863. ad Herod. 276. Anacr. p. lxvii. 23. Fischer. Φροντίδι, ad Phalar. 273. 275. Φροντίδα ποιεῖν, ποιεῖσθαι, ad Diod. S. 2, 214.: ποιεῖσθαι, Valck. Callim. 147.: de constr., ad Diod. S. 2, 23.: τίθεσθαι, Bast Lettre 60. Ἐν φροντίσιν ὑπάρχειν, Toup. Opusc. 1, 362." Schæf. Mss. "Ærumnosa dubitatio, Philostr. 41." Wakef. Mss. Parthenius c. 2. Ἐν φρ. πολλῇ εἶχεν αὐτόν: 9. ἐν φρ. γίνεσθαι. Schleusn. Lex. V. T. * Φροντιδοκόπος, unde * Φροντιδοκοπέω, Nicet. Annal. 11, 7. Φροντιδοκοπεῖται ὑπὲρ αὐτῶν.]

Ἄφροντις, ιδος, ὁ, ἡ, Curæ expers, Cura s. curis vacuus, Securus. Lucian. (1, 276.) Εὐωχουνται ἀφρόντιδες. Alicubi redditur per adverbium: (2, 707.) Ἀφρόντιδι ἀναπαυομένῳ, Secure dormienti. Ἀφρόντιστος autem vide post alia quæ e πεφρόντισται sunt itidem derivata. [* Δίφροντις, Anceps animi, Æsch. Ch. 194. * Δύσφροντις, Eust. 1546, 41. Phav. 223. * Ἔμφροντις, Solicitus, ut bene restituit Vales. ad Socr. H. E. 7, 24. "I. q. ἐνθύμιος, Buttm. Schol. Od. N. 421." Elberling. Mss. * "Λυσίφροντις, Const. Manass. Amat. 6, 61." Boiss. Mss. * Πολύφροντις, Anacr. 39, 6. LXX. Sap. 9, 15.]

Φροντίζω, F. φροντίσω, (et Attice φροντιῶ,) Pr. ικα, Cogito, Commentor, Meditor, Curo, Curam gero. Sed pro Cogito, Commentor, Meditor, accus. habet; cum autem signif. Curo, gen., interdum accus. Plato Symp. Ὅτι Σωκράτης ἐξ ἐωθινοῦ τι φροντίζων ἕστηκε. Athen. 9. Ὁ δὲ, σφόδρα φροντίσας, καὶ τὸ προβληθὲν ἀποδιοπομπησάμενος, At ille cum multum meditatus quæstionem rejecisset, Bud. Hanc autem Meditandi s. Cogitandi signif. sequuntur verbalia, Φρόντισμα, Φροντιστὴς, Φροντιστήριον. Quin etiam passivum PARTICIP. Πεφροντισμένος itidem ponitur pro Cogitatus, s. Meditatus, ut πεφροντισμένη ἀπόκρισις ap. Plut. Lyc. Meditata responsio, ubi tamen redditur etiam Accurata responsio. Apud Diod. S. habetur itidem λόγος πεφροντισμένος pro Meditata oratione, Διελθὼν λόγον πεφροντισμένον περὶ τῆς εἰς τοὺς Γαγγαρίδας στρατείας. Alter usus hujus verbi, quo ponitur pro Curam gero, Curo, frequentior est; et quidem cum gen. ut modo dixi; sed is interdum præfixam habet præp. περὶ, vel ὑπέρ. Nonnunquam autem accus. jungitur: quarum constrr. exempla subjungam; simulque quibus aliis verbis reddatur, ostendam. Aristoph. N. (125.) ἀλλ' εἴσειμι· σοῦ δ' οὐ φροντιῶ, ubi observa etiam FUT. Φροντιῶ. Apud Lucian. cum personæ itidem gen. præfixo adverbio ὀλίγον, ubi scribit, Ὀλίγον φροντίζω σου. Apud Plut. cum βραχέα, quod eund. usum habet, quem illud ὀλίγον, sed melius respondet Latino Parum, cum dicatur itidem Parum curo, pro Non curo, Βραχέα φροντίζων τῶν καταβοώντων καὶ δυσχεραινόντων. Est enim βραχέα

pro βραχὺ, quod et ap. Dem. invenitur adverbialiter cum hoc ipso verbo positum. Sed βραχέα φροντίζων hic redditur etiam Parvi faciens, mihi autem magis placuerit Nihil morans. At cum gen. rei, Xen. (Ἀπ. 2, 1, 24.) Οὐ πολέμων φροντιεῖς, ubi observa rursus alterum illud fut. sicut et ap. Aristoph. Plut. Theseo, Φροντίζων τῆς ἀπειλῆς αὐτοῦ, ubi redditur, Qui minis ejus movetur. Cum præp. περὶ præfixa gen., ut Demosth. (431.) Οὐ μόνον οὐδὲν φροντίζει περὶ αὐτῶν, ἀλλ' οὐδὲ μέμνηται. Xen. (Ἀπ. 1, 4, 17.) Περὶ τῶν ἐνθάδε φροντίζειν. Alteri præpositioni, sc. ὑπέρ, reperitur junctum hoc verbum ap. eund. Demosth. non semel, ut (9.) Εἴπερ ὑπὲρ σωτηρίας αὐτῶν φροντίζετε, (526.) Οὐχ ὑπὲρ ὑμῶν οὐδὲ τῶν νόμων φροντίσας. Quod autem VV. LL. tradunt, φροντίζω jungi etiam præpositioni πρὸς, ut in h. l. Φροντίζων πρὸς αὐτὸν ὡς δώσει δίκην, absurdum esse manifestum est; si enim diceretur φροντίζω πρός τι pro περί τινος, tunc præpositioni πρὸς jungi hoc verbum merito diceremus: at cum dicitur φροντίζω πρὸς ἐμαυτὸν τοῦτο, vel sequente ὡς, s. ὅπως, nemo est qui non videat præp. πρὸς ad ipsum verbum non ferri. Denique et accus. jungitur, uti dixi, velut in h. Aristoph. l. (N. 189.) μὴ νῦν τοῦτο γε φροντίζετε, Ne hoc curetis, soliciti de hoc sitis· (Ἱππ. 1353.) μὴ φροντίσῃς, sine adjectione. E Diosc. autem 7. affertur, * Φροντιστέον τὴν ἔκπτωσιν τῆς ἐσχάρας μάλιστα ἐκ τούτου, ὅπως μὴ τάχιον τὰ μέρη συγκλεισθείη, pro Curandum est ne crusta decidat. Sed hoc sciendum est, inveniri verbum φροντίζω junctum accus. aliam interpr. poscens: sc. positum pro Studere, Studio incumbere, Operam ponere, Studium et operam ponere, ut et ap. Xen. (Ἀπ. 1, 1, 11.) Τοὺς φροντίζοντας τὰ τοιαῦτα, μωραίνοντας ἐπεδείκνυε. Plut. Οἱ πεφροντικότες τὰ τοιαῦτα καὶ μεμαθηκότες. Quin etiam φροντίζειν περί τι invenitur: atque adeo affertur ex Alex. Aphr. Φροντίζειν περὶ τὸ πρᾶγμα pro Occupari in negotio. Postremo φροντίζω invenitur junctum et quibusdam particulis, sc. vel ὅπως, vel ὡς, vel εἰ. Isocr. Φρόντιζε ὅπως μηδὲν ἀνάξιον τῆς τιμῆς ταύτης ποιήσεις, ubi redditur, Da operam nequid isto honore indignum facias. At cum ὡς habes in l. quem paulo ante protuli. Cum εἰ junxit Plato de Rep. 1. Ἔοικας ἡμῶν οὐδὲν κήδεσθαι, οὐδέ τι φροντίζειν εἴτε χεῖρον εἴτε βέλτιον βιωσόμεθα. Quin etiam sequente particula τί invenitur cum ap. alios, tum ap. Xen. ut K. Π. 3, (3, 17.) p. 48. meæ Edit. Οὐ καταφρονοῦσιν, ἀλλὰ φροντίζουσι τί ποτε τοῦτ' ἔστι. His omnibus constrr. addam unam, sc. cum partic.: e Dem. Mid. Καὶ οὐδὲν ἐφρόντιζεν ἐπιορκῶν, καὶ ταῦτα, παρόντων τῶν συνειδότων. Cujus loci interpretationi commode adhibitum iri existimo adverbium, ut sc. οὐδὲν ἐφρόντιζεν ἐπιορκῶν, reddatur, Secure pejerabat. Sed videndum an reddi etiam possit, Nihil pensi habebat pejerare. Ceterum præt. PARTICIP. Πεφροντικὼς sine adjectione ponitur pro Solicitus, Anxius, a Synes., teste Bud., qui etiam subjungit h. Plut. l. (T. 4. p. 845.) Τῷ δὲ Δημοσθένους προσώπῳ ἀεί τις ἐπῆν σπουδὴ· καὶ τὸ πεφροντικὸς τοῦτο καὶ σύννουν οὐ ῥᾳδίως ἀπέλειπεν. [" Thom. M. 289., Add. ad Diod. S. 1, 625. Jacobs. Anth. 10, 21. Kuster. Aristoph. 52. Anacr. p. lxvii. Fischer., Bergler. ad Alciphr. 57. ad Mœr. 264. Act. Traj. 1, 255. Valck. Hipp. p. 176. Callim. 293. De constr., Ind. ad Xen. Mem. Cum accus., Brunck. Aristoph. 3, 32. Φρ. ὑπέρ τινος, Longus p. 103. Vill. De quant., ad Mœr. 96." Schæf. Mss. " Curis æstuo, Joseph. 592, 16." Wakef. Mss. Nicarchus Anthol. Vat. 1. p. 95. Φρόντισον ἐμοὶ ἱμάτιον. Ælian. H. A. 7, 9. Τρέφονται τροφῇ πεφροντισμένῃ. Philostr. 496. Λόγοῖς ποικίλοις καὶ πεφροντισμένοις εὖ, Oratione accurata, studiose elaborata. Eur. Alc. 773. πεφροντικὸς βλέπειν: vide Lobeck. Phryn. 119. Schleusn. Lex. V. T. * Πεφροντισμένως, Prudenter, Diod. S. 307. " Strabo 15, 2. p. 3(=1006.) Hesych. v. Ἀνακῶς, Schol. Cod. Bavar. ad Dem. c. Lept. 61." Boiss. Mss. Plut. Lyc. 18. " Suid. v. Ἀκάκιος, Euseb. H. E. 305." Kall. Mss.]

Φρόντισμα, τὸ, Cogitatio, Commentatio, Commentum, Meditatio. A Bud. redditur Commentatio et Speculamen, in h. Aristoph. l., quem e Nub. esse puto, (155.) Τί δῆτ' ἂν ἕτερον εἰ πύθοιο Σωκράτους Φρόντισμα; [Lucian. 2, 835. Philostr. 482. * " Φροντισμὸς, Hes." Wakef. Mss. * Φρόντισις, Anal. 3, 289. * Φροντιστέον, Strabo 15, p. 1047. Eur. Iph. T. 468. LXX. 2 Macc. 2, 30. " Theod. Prodr. in Notit. Mss. 7, 248." Elberling. Mss. " Clem. Alex. 317. Orig. c. Cels. 283." Kall. Mss.] Φροντιστὴς, ὁ, Commentator, Qui commentationi s. commentationibus deditus est et speculationibus, ut Socrates dictus est φροντιστής. Cujus nominis fit a Xen. mentio, nec non a Plat. A Xen. Σ. (6, 6.) p. 520. meæ Edit. Ἆρα σὺ, ὦ Σώκρατες, ὁ φροντιστὴς ἐπικαλούμενος; Quibus respondet, Οὐκοῦν κάλλιον ἢ εἰ ἀφρόντιστος ἐκαλούμην; Ad quæ illi respondetur, Εἰ μήγε ἐδόκεις τῶν μετεώρων φροντιστὴς εἶναι. Apud Plat. autem legitur in Apol. (2.) ubi pro φροντιστὴς τῶν μετεώρων habetur per accus. φροντιστὴς τὰ μετέωρα. At vero ap. Aristoph. (N. 266.) extat sine adjectione, φάνητ', ὦ δέσποιναι, τῷ φροντιστῇ. Gal. τὰς διανοήσεις vocatas fuisse φροντίδας testatur, atque inde Socratem appellatum φροντιστήν. Aristoph. Schol. dicit Socraticos φροντιστὰς vocatos esse διὰ τὸ μηδέποτε παύεσθαι φροντίδος. Ita enim ap. eum scribo, quibusdam omissis, quod mihi suspectus sit l., ut ap. eum scriptus extat: sc. ita, Φροντισταὶ ἐκαλοῦντο οἱ περὶ τὸν Σωκράτη, διὰ τὸ φροντίζειν ἀλλήλων, καὶ διὰ τοῦτο μηδέποτε παύεσθαι φροντίδος. Quæ lectio multo etiam minus stare poterit, si οἱ περὶ τὸν Σωκράτη pro Socrate accipiamus. Lucian. (1, 33.) Τοὺς τοῦ διαλόγου ἑταίρους ἐκλεύαζε, φροντιστὰς, καὶ μετεωρολέσχας, καὶ τὰ τοιαῦτα προσαγορεύουσα. Vide et Μεριμνοφροντιστὰς supra, T. 2. c. 855. [Mus. Crit. Cantab. 1, 517. " Brunck. Aristoph. 2, 70. Kuster. 52. ad Lucian. 1, 216. ad Charit. 294." Schæf. Mss. Inscr. Gruteri p. 125. Fischer. Ind. Æschin. Dial. Socr.] Φροντιστικὸς, Ad commentationem s. meditationem aptus, etiam Commentationi deditus s. Meditationi, vel Commentationibus, sicut et φροντιστὴς redditum fuit. Redditur et Cogitabundus. Quin etiam affertur e Theophr. Φροντιστικώτερα περὶ τὴν τροφὴν, pro Magis solicita de cibo. Et φροντιστικὰ ῥήματα e Gaza, Verba solicitativa, si quidem fas est ita vocare verba, quæ solicitudinis signif. habent. Apud Plut. de Def. Orac. τὸ φροντιστικὸν redditur Cogitatio, sicut τὸ λογιστικὸν, Ratio. Nam h. l., Ἢ τὸ λογιστικὸν καὶ φροντιστικὸν ἀνίεσθαι καὶ ἀπολύεσθαι τῶν παρόντων, ἀλόγῳ καὶ φαντασιαστικῷ τοῦ μέλλοντος ἐπιστρεφομένας, Turn. ita vertit, Aut cum ratione et cogitatione relaxata et a rebus præsentibus liberata et avocata, pars ea, quæ ratione vacat et visis pellitur, in futurum intenta est. [Curis deditus, Alex. Trall. 7. p. 131. " Jacobs. Anth. 12, 238. Heyn. Hom. 5, 665. Ruhnk. Ep. Cr. 290." Schæf. Mss. " Athen. 40. Schol. Od. N. 12. Hes. v. Κήδισποι." Wakef. Mss.] Φροντιστικῶς, Cogitabunde. Redditur et Solicite. [" Euseb. Pr. E. 31." Wakef. Mss. * Φροντιστὴρ, unde * Φροντιστήριος, e quo] Φροντιστήριον, τὸ, q. d. Locus cogitationum s. commentationum, i. e. Locus in quo cogitationes nostras explicamus s. commentationes. Unde pro Schola ponitur. Καὶ τὰ διδασκαλεῖα, inquit J. Poll., οὐ παιδαγωγεῖα μόνον καὶ φωλεοὺς, ἀλλὰ καὶ φροντιστήρια. Aristoph. N. (94.) Ψυχῶν σοφῶν τοῦτ' ἔστι φροντιστήριον. In VV. LL. Domus curarum: cum tamen hæc vox ad eam potius signif. nominis φροντὶς pertineat, qua Cogitatio declaratur. Ibid. Conciliabulum, Conventus. Item Monasterium, Cœnobium. Vide Suid. [" Thom. M. 902. Argum. Aristoph. Nub. Brunck. 2, 70. Kuster. 52. Alciphr. 360." Schæf. Mss. * " Φροντίστρια, Const. Manass. Chron. p. 101. 130." Boiss. Mss.]

[* Φροντιστὸς, unde] Ἀφρόντιστος, ὁ, ἡ, Curis vacuus, Liber, Securus. Cujus usum habes in Plat. loco quem protuli in Φροντιστής. Sed ap. Theocr. (10, 20.) cum ἀφρόντιστος appellatur Amor, exp. contra Curis abundans, accipiendo sc. α ἐπιτατικῶς. Passiva autem signif. ἀφρόντιστος esset Cujus nulla cura habetur, Cui cura non adhibetur. [" Lobeck. Aj. p. 277." Schæf. Mss. Æsch. Ag. 1386. Schol. Apoll. Rh. 3, 597.] Ἀφροντίστως, Absque cura, Sine ulla cura, Secure, Negligenter. Interdum et Contemtim. Vide in Ἀφροντιστῶ: item ap. Soph. (Tr. 366. Aj. 355.) et ejus Schol. p. 25. 324. meæ

Ed.; sed in illo priore loco quidam ἀφροντίστως ἔχει passive interpr. de eo cujus cura non geritur. [Xen. K. Π. 1, 6, 19. "Schol. Demosth. pro Ctes. 317." Boiss. Mss. Eur. Med. 914. "Lobeck. Aj. p. 276. ad Mœr. 85. Thom. M. 133." Schæf. Mss. * Ἀφροντιστί. Secure, Athen. 632.] Ἀφροντιστέω, Curam non gero, Non curo, Securus sum. Exp. ἀμελῶ: item per adv. ἀφροντίστως cum verbo ἔχω. Interdum est Negligo, Contemno. Xen. Σ. (8, 33.) Ψόγου τε ἀφροντιστεῖν καὶ ἀναισχυντεῖν ἐθιζόμενοι. Plato de LL. 10. Ἀφροντιστῶν τῶν ἀρχόντων, Contemnens magistratus. ["Ad Mœr. 329. Thom. M. 133." Schæf. Mss. Philostr. 47. ὑπέρ τινος. "Apud Hes. * Δυσαρεεῖ· * δυσφροντίστῳ: mutandum videtur in * δυσωρεῖ· * δυσφροντιστεῖ. Sponsorem dabo Phot. Εὐωριάζειν· ἀφροντιστεῖν. Ἀφροντιστεῖν Atticis familiare est, Plato de LL. 11. T. 9. p. 131. v. Pierson. ad Mœr. 85. Sed quid illud est, quod plus semel ap. Gramm. legimus, * ἀφροντίζειν? Suidas: Ἀλογῆσαι· ἀφροντίσαι: tum correctius, οὐ φροντίσαι. Hes. Ἀποκηδήσαντες· ἀφροντίσαντες. Etym. M. v. Ἀπότριχες, ἀκηδήσαντα καὶ ἀφροντικότα, ubi notandus augmenti error. In Hes. ἀφροντιστήσαντες rescripsit Bruno, idemque ceteris redhibendum est locis, quos librariorum festinatio corrupit, syllabas contrahentium; velut Polyb. 9, 16. pro * ἀφροντιστητέον, quod nunc Scaligeri jussu receptum est, Codd. ad unum omnes * ἀφροντιστέον exhibent, et in eod. Hes. v. Ἀκήδεσεν liber Sorberii ἠφρόντισεν offert. Hæc igitur non nopere nobis incommodant." Lobeck. Phryn. 621-2.] "Ἀφρον-"τιστία, Curarum vacuitas, Securitas, Negligentia." ["His partim profligatis, partim ad rationem revocatis, (sc. * ἀθαυμασία, ἀγυμνασία, ἀχρησία, ἀπταισία, etc.) unum superest * ἀφροντισία ap. Suid. (v. Ἀλογία,) et Annam Comn. 3, 97., quod recentioribus Græcis relinquendum est, stipatum sc. cohorte parilium flexionum, * ἀβασανισία, * ἀγραμματισία, * ἀγελασία, * ἀγνωρισία, * ἀγεμισία, quibus libri et Lexica novellæ Græcitatis scaturiunt. Apud Clem. Alex. autem ἀφροντιστία scr. esse, quo Zacharias de Mundi Opif. 222. et Hesychius utuntur, nuper mihi Schneiderus assensus est. * Ἀφροντησία, Anna Comn. 2, 54." Lobeck. Phryn. 510. Ἀφροντισία, Themist. 186. "Thom. M. 38." Schæf. Mss. "Schol. Il. Θ. 70." Wakef. Mss.] "Πολυφρόντιστος, Accuratus "admodum. Ex Epigr. pro Prudens." ["Epigr. adesp. 505." Schæf. Mss. "Admodum solicitus, Magno dolore affectus, Suid. v. Πολυκηδέος." Schleusner. Mss. "Schol. Soph. Tr. 109." Boiss. Mss. Schol. Theocr. 10, 20.]

[* Ἀναφροντίζω, Pind. Ὀ. 1, 111. Lucian. Hermot. 276. "Bergler. ad Alciphr. 57." Schæf. Mss. * Ἀποφροντίζω, Nicet. Ann. 9, 12.] "Διαφροντίζω, "exp. Curo, Curam suspicio et habeo, quod et διὰ "φροντίδος ἔχειν dicitur, ut vicissim aliquid alicui "ἐστὶ διὰ φροντίδος, pro Curæ est." [Hippocr. 280, 41. Ælian. V. H. 2, 21. Dubito, Meditor, Epicrates Athenæi p. 59. Χρόνον οὐκ ὀλίγον διεφρόντιζον. "Valck. Diatr. 24." Schæf. Mss.] Ἐκφροντίζω, Excogito, Meditor, Bud. afferens ex Aristoph. N. (695.) Ἐκφρόντισόν τι τῶν σεαυτοῦ πραγμάτων. Sed alii reddunt, Incumbe in curam alicujus rerum tuarum. Quam interpr. præfero, nisi quod malim In curam aliquam. Interdum autem præp. ἐκ alium usum habet in hoc verbo, privationem denotans, adeo ut accipiatur pro ἔξω φροντίδος τίθεμαι, ut exp. Schol. ap. Thuc. quæ sonant ad verbum, Extra curam pono. Extat autem locus 3, (45.) p. 99. meæ Edit. Ὁ μὲν, τὴν ἐπιβουλὴν ἐκφροντίζων· ἡ δὲ, τὴν εὐπορίαν τῆς τύχης ὑποτιθεῖσα. Ubi Valla, Hic, insidiarum vitandarum immemor. Quæ interpr. non video quomodo ferri possit, præsertim cum non ἐπιβουλὴν, sed ἐπιβολὴν hic legatur. Ego certe dixerim libidinem s. cupiditatem ἐκφροντίζειν τὴν ἐπιβολὴν, cum non sinit nos curare s. cogitare quid aggrediamur; sive, cum facit ut nihil pensi habeamus quid aggrediamur, atque adeo velut excutit ex animo cogitationem de facinore quod aggredi paramus. Memini tamen me in mea Latini Thuc. Editione, aliam interpr. margini ascripsisse, sc. ut ἐκφροντίζων accipiatur pro Excogitans, quæ etiam signif. cum isti loco commoda esse videatur, optionem docto lectori relinquo. ["Bergler. ad Alciphr. 57. Thom. M. 289. ad Charit. 671." Schæf. Mss.] Καταφροντίζω, In curas literarias expendo, i. e. In studia literarum, s. In disciplinam, ut ap. Aristoph. καταπεφρόντικα exp. εἰς τὴν παίδευσιν καταδεδαπάνηκα: in hoc versu Nubium (857.) Ἀλλ' οὐκ ἀπολώλεκ', ἀλλὰ καταπεφρόντικα. Videtur jocose fictum esse verbum, ab ea verbi φροντίζω signif., quam sequitur et verbale Φροντιστήριον. Lege Schol. [Polyb. 28, 11, 10. "Abresch. Æsch. 2, 103. Brunck. Aristoph. 3, 205. ad Lucian. 1, 389." Schæf. Mss. * "Περιφροντίζω, Omni solicitudine s. cura prosequor, Mich. Apost. Prov. 15, 93." Schleusn. Mss. * "Προφροντίζω, Hippocr. de Aere, Aquis, et Locis, c. 6., secundum Foës. Edit. Ὥστε μὴ ἀπορέεσθαι ἐν τῇ θεραπείῃ τῶν νούσων, μηδὲ διαμαρτάνειν· ἃ εἰκός ἐστι γίγνεσθαι, ἢν μή τις ταῦτα πρότερον εἰδὼς πρόφρων τις ᾖ. Postremis verbis, quæ inepta esse quivis videt, Coraius post Heringam Obs. Cr. 44. optime ita succurrit, ut προφροντίσῃ scriberet: quæ emendatio tam ingeniosa quam certa esse videtur, ut ipsam vocem noviter fictam προφροντίζω quo minus Lexicis adjiciam, nihil me detinet." Osann. Auct. Lexx. Gr. 142. * Συμφροντίζω, Simul curam gero, Lucian. 3, 509. * Ὑπερφροντίζω, Heliod. 413. Cor.]

ΦΡΙΞ, ικὸς, ἡ, de mari ap. Hom. cum leniter inhorrescit s. exhorrescit, veluti cum leniter agitatur a Zephyro, et perstringitur s. stringitur. Ne quis autem miretur me voce Inhorrescendi et Exhorrescendi usum esse, respicientem ad ipsius etiam verbi φρίσσω signif., (cum alii interpretati sint φρὶξ, Maris vel Fluctuum fremitus,) afferam locum Ovidii, in quo sic usus est verbo Exhorruit, in eadem re, et quidem ita ut hujus Græcæ vocis Homero usitatæ significationem exprimere voluisse videri possit. Is locus extat Metam. 4. ubi canit, oraque buxo Pallidiora gerens, exhorruit æquoris instar, Quod fremit, exigua cum summum stringitur aura. Quamvis enim hic utatur et verbo Fremere, malo alterum illud, quippe quod primam et passim usitatam verbi φρίσσω signif. habeat. Dixit autem et Virg. Horrescere lenibus flabris, eadem signif. qua verbum φρίσσειν usurpatum invenitur, ut docebo cum ad ipsum ventum fuerit. Non repudio alioqui expp. quibus φρὶξ dicitur esse Maris s. Fluctuum fremitus, (malim tamen, lenis fremitus,) item, Motus maris incipiens, primaque agitatio fluctuum: item, Undæ fluctuatio superficiaria. Il. H. 63. Οἴη δὲ Ζεφύροιο ἐχεύατο πόντον ἔπι φρὶξ, Ὀρνυμένοιο νέον, μελάνει δέ τε πόντος ὑπ' αὐτῆς: ubi Eust. φρίκα Zephyri vocari tradit τὴν πρώτην ἠρεμαίαν αὐτοῦ κατὰ θαλάσσης ἐπίπνοιαν, a qua sc. mare nigrum redditur, γαληνότερον σαλευόμενον. Itidem vero brevium Schol. Auctori φρὶξ est ἡ ἐξ ἐπιπολῆς κίνησις τοῦ ὕδατος, ὅ ἐστι τοῦ κύματος ἀρχομένου. Sive, τὸ ἐπιπολάζον τῷ κύματι ἀφρῶδες, ὅταν ἄνεμος ἄρχηται πνεῖν. Sive, ἡ πρώτη ἔγερσις τῶν κυμάτων. Sed obiter hoc quoque animadverti hic debet, esse et aliam lectionem: VIDELICET Ἐπιφρὶξ, quam sequendo, vacare censeatur præp. Sed Eust. postquam in ἐπιφρὶξ vacare præp. dixit, addit, Nisi per anastrophen legatur, ἐχεύατο πόντον ἔπι φρίξ. At brevium Scholl. Auctor hanc duntaxat scripturam agnovisse videtur; ac certe pro ea faciunt et alii ejusd. Poëtæ loci. Ut Od. Δ. (402.) Πνοιῇ ὑπὸ Ζεφύροιο μελαίνῃ φρικὶ καλυφθεὶς, ubi quidam interpr. Nigra frementis fluctuantisque maris unda opertus: Il. Ψ. (692.) Ὡς δ' ὅθ' ὑπὸ φρικὸς βορέω ἀναπάλλεται ἰχθὺς Θῖν' ἐν φυκιόεντι, μέλαν δέ ἑ κῦμα κάλυψεν, ubi iidem interpr. Boreæ fremitu, afferentes e Lucr. Acri cum fremitu perfurit ventus. Sed minime convenit hic Lucretii locus, cum Fremitus quidem significatio insit illi voci, verum non talis qualem ibi describit Lucr., sed potius qualis est Ovidianus ille, in loco quem paulo ante protuli, ubi quemadmodum dicitur æquor summum exigua aura stringi, (quod et ipsum ad φρικὸς descriptionem pertinet,) sic alibi dicit, Summave cum tepido stringi-

tur unda noto. In Epigr. legimus μαλακὴν φρῖκα Zephyri, ubi etiam γαλήνης fit mentio. Ita enim ibi Leonides, p. 252. meæ Edit. Οὐδ' εἰ μοι γελόωσα καταστορέσειε γαλήνη Κύματα, καὶ μαλακὴν φρῖκα φέροι ζέφυρος. Ubi ego tribus modis vim nominis hujus φρῖκα exprimere conatus sum. Tres enim huic distichо, sicut et illi quod ibi sequitur, interpretationes dedi: quarum prima est hæc: Non si tranquillo pelagus mihi rideat ore, Et Zephyri hoc stringat molliter aura mihi. Secunda ita habet: Ut sit blanda Thetis, Zephyrusque ut mollia fundat Murmura, vix auris æquora summa ciens. Tertia est hæc: Non mihi si fluctus sternens Thetis ipsa serenum Rideat, et Zephyri flamina molle sonent.

[" Φρὶξ, Jacobs. Anth. 8, 43. 9, 101. 11, 89. Wakef. S. Cr. 3, 25. 4, 220. ad Diod. S. 2, 168. Heyn. Hom. 5, 319. Bergler. ad Alciphr. p. 4. 36. Matth. ad Gloss. Min. 20. Toup. Opusc. 2, 293. ad Il. Φ. 126." Schæf. Mss. " Maris horror, Opp. 'A. 1, 470. Algor, Fabr. B. Gr. 2, 654. Maris fluctuatio superficiaria, Ælian. H. A. 819. Φρῖκες, Hesychio Χάρακες." Wakef. Mss.]

Φρίκη, ἡ, interdum quidem de mari inhorrescente dicitur, sicut φρῖκα dici videmus; sed tamen potius redditur Æstus: quæ signif. ei datur ap. Plut. (6, 612.) Affertur autem et e Gaza hæc interpr. Alioqui φρίκη de Alio potius horrore dicitur, sc. de Horrore frigoris, et quidem peculiariter Horrore febrili, qui medius est inter refrigerationem et rigorem, i. e. περιψύξιν et ῥῖγος. Alex. Aphr. Probl. 2. Ἐπὶ τοῦ ψυχροῦ γίνεται περίψυξις πρώτη· εἶτα ἐπιταθεῖσα, φρίκη· εἶτα ἔτι μᾶλλον, ῥῖγος: quæ quidam ita interpr. Membra primum frigore obtorpescunt, deinde inhorrescunt: tum autem inalgescunt et rigent, vario refrigerationis incremento. [Cf. Nicandri Θ. 721.] Gallice quoque dicimus Frisson, de Febrili algore, nec non Frissonner pro Pati eum algorem; sed latius horum signif. extendimus. At φρίκη πρὸς τὸ θεῖον e Xen. (K. Π. 4, 2, 8.) affertur pro Horrore et religione in deum. De quo usu vocis φρίκη dicam in Φρικτός. [" Sic de Religioso quodam horrore tremoreque, qui Miltiadem invasit, intelligendum quod ait Herod. 6, 134. Φρίκης αὐτὸν ὑπελθούσης." Schw. Mss.] Datur vero et alia signif. illi voci φρίκη, quam videbis in Φρικώδης quod proxime sequitur. [" Porson. Phœn. 1299. ad Diod. S. 2, 168. 253. Valck. Phœn. p. 81. 434. Bergler. ad Alciphr. 36. 64. Toup. Opusc. 1, 553. Wakef. S. Cr. 3, 25. ad Charit. 328." Schæf. Mss.] Hinc est COMP. Φρικοποιὸς, Horrificus, Horrorem inducens, incutiens, ciens. Invenitur autem φρικοποιὰ ap. Athen. [" Cucumis, auctore Diphilo Medico ap. Athen. 74. est φρικοποιὸς, (i. e. φρίκης παραίτιος, ut ait p. 80.) Horrorem febrilem excitans." Schw. Mss.] " Ὑπόφρικος, Subhorrens, Qui horrore " aliquantum tenetur," [LXX. 3 Macc. 6, 18.]

Itidem ADJ. Φρικώδης, [contr. e* Φρικοειδὴς,] Horrificus, Horribilis, Horrorem inducens, Horrendus: ὅρκοι φρικώδεις, Plut. Alex. (30.) Interdum, Venerandus, Sacrosanctus. Vide Φρικτός. Item φρικώδης παροξυσμὸς, Horrida accessio. Sic dicitur proprie Accessio febris semitertianæ, propterea quod cum horrore invadat. Ut enim ipsa febris mediæ cujusdam est naturæ inter exquisitam tertianam et quotidianam, ita horrorem inducit inter rigorem et refrigerationem medium, ut docet Gal. de Cris. 2, 9. et de Differentiis Febrium, 2, 7. Item φρικώδης πυρετὸς, Horrida febris, ap. Hippocr. Epidem. 1. Febris non quæ simpliciter cum horrore invadit, (id enim innumerabilibus accidit febribus,) sed exquisitus hemitritæus, in quo sc. magnam accessionis partem horrores occupant, eo maxime die, in quo tertiana et quotidiana continua simul concurrunt, ut explicavit Gal. de Differentiis Febr. 2. Hæc Gorr., qui etiam scribit φρικῶδες significare ap. Hippocr. τραχὺ καὶ ῥικνῶδες, h. e. Asperum et rugosum; et dici de cute cujus asperitas et inæqualitas Φρίκη et Φρὶξ appellatur: cui contrariam esse λειότητα, i. e. Lævitatem. Sed non addit unde hæc acceperit, quæ alioqui suspecta esse possint. [Schæf. Æsop. 139. " Jacobs. Anth. 12, 131. Thom. M. 433. ad Diod. S. 2, 192. Abresch. Lectt. Aristæn. 295." Schæf. Mss. Plut. 7, 189. LXX. Hos. 6, 10. Quo compendio scribatur, ad Greg. Cor. 806. * " Φρικωδῶς, Const. Manass. Chron. p. 76(=143. Meurs.)" Boiss. Mss. * Φρικωδία, Phot. Bibl. p. 239. * " Φρίκωδος, Anonym. περὶ Πνευμ. p. 232. Ed. Valck. 'Ὀκριόεις, ὁ φρίκωδος καὶ ὁ ταχύς. Par. φρικώδης καὶ τραχύς." Bast. de VV. nihili vel dub. ad calcem Scap. Oxon.]

Φρικαλέος, Poëtis i. q. φρικώδης. Horrificus, Horribilis, Epigr. ad Cerberum, de Archilocho descendente ad orcum, Ἤδη φρικαλέον δείδιθι καὶ σὺ νέκυν. [" Jacobs. Anim. 191. Anth. 7, 314. Toup. Opusc. 2, 125. Φρικαλέος et φρικώδης de missæ sacrificio, v. Jacobs. et me ad Anthol. Palat. 435." Schæf. Mss. Tryphiod. 190.]

Invenitur ETIAM Φρικίαι, αἱ, ET Φρικία, τὰ, pro Horrores, quales sc. sunt in accessionibus febrium. Diosc. 1, 182. Στομάχου τε ἀλγήματα καὶ φρικίας, ubi Marc. Virg. vertit, Stomachi dolores, et in accessionibus febrium horrores. Ruell. autem, Stomachi dolores et perfrictiones. Apud Eund. extat et neutrum Φρικία, 4, 14. vel, ut alii distribuunt, c. 15. in fine, 'Αλειφόμενα δὲ μετ' ἐλαίου ἐπὶ τῶν περιοδικῶν, τὰ φρικία παραιτεῖται, Ruell. Febrium algores, Marc. Horrores. Φρικιάω, Horrore febrili corripior, s. potius correptus sum. In VV. LL. Febri horreo. [" Fabr. B. Gr. 2, 652." Wakef. Mss. Diosc. Notha p. 477.] UNDE Φρικίασις, Horror, in VV. LL. [" Fabr. B. Gr. 2, 654." Wakef. Mss. Diosc. Notha p. 478.] Affertur tamen non Φρικιασμὸς, SED Φρικασμὸς, pro Horrore itidem, ex 2 Maccab. (3, 17.) Φρικασμὸς τοῦ σώματος, ubi et Bud. interpr. Horror. [Nicet. Annal. 12, 2. * Φρικάζω autem Schn. affert e Poëta de Vir. Herb. 5, 71. Φρικάζῃ δ' ὁπόταν τις ἀνὴρ, βοτάνης ἀπὸ ταύτης Κλῶνας ἑλὼν κάμνοντος ἐναντίος ἵστασο μοῦνον, Schol. ὅτε δέ τις φρικιᾷ.]

[* Φρῖκος, τὸ, Nicander Θ. 778. * Φρικόω, Gl. Horrifico: Φρικοῦμαι· Horresco. * Φρικνὸς, Hes. φρικαλέος, δεινὸς, φοβερός.]

Φρίσσω, VEL Φρίττω, F. φρίξω, Pr. ιχα, Horreo, Horresco. Sed cum verbum Horrere diversis rebus tribuatur, dicendum est primo loco de verbi φρίσσω usu qui convenit cum ea φρικὸς signif. cui primum locum dedimus. Quemadmodum igitur vidimus φρίκα mari tribui, eamque describentem Ovid. dicere, aliquem exhorruisse æquoris instar, Quod fremit, exigua cum summum stringitur aura: sic etiam φρίσσειν de segetibus dici sciendum est, de quibus Virg. verbo Horrescere itidem usus est, G. 3. tum segetes altæ, campique natantes Lenibus horrescunt flabris. Ubi eum crediderim ad Homericum φρίσσειν respexisse, quod ille λήϊῳ, nec non ἀρούραις [Il. Ψ. 599.] tribuit. Hujus autem usus verbi φρίσσειν aliorumque mentionem facit Eust. Τὸ λήϊον (φρίσσει) ἀσταχύεσσιν, at ὁ κάπρος τῇ λοφιᾷ, et ὁ ἄνθρωπος ταῖς θριξὶν, et ἡ μάχη ταῖς ἐγχείαις, et ἡ θάλασσα τοῖς κύμασι. [Eur. Suppl. 31. Φρίξας ὑπὲρ γῆς τῆσδε κάρπιμος στάχυς.] In VV. LL. φρίττω, Fremo, (ut agitatum mare fremit,) Fremitum edo. Il. H. (62.) στίχες εἵατο πυκναὶ 'Ασπίσι καὶ κορύθεσσι καὶ ἔγχεσι πεφρικυῖαι, Frementes et horrentes, Cic. Horribilis fremitus armorum. Ita quidem illa, sed malim et hic verbo Horrere uti, cum legatur ap. Virg. Arma horrentia, et Hastæ horrentes; ap. Horat. autem, (quod exemplum plane cum illo Homeri loco convenit, in ipsa etiam constr.) Agmina horrentia pilis. Quin etiam horrentes Marte Latinos dixit idem Virg. Illi porro loco ex Il. H. petito, addendus est quidam ex Il. Δ. (282.) ubi dicuntur phalanges σάκεσίν τε καὶ ἔγχεσι πεφρικυῖαι, quod idem Eust. exp. ὀρθὰ ἔχουσαι ἔτι πρὸ τῆς συμβολῆς τὰ σάκεα καὶ τὰ ἔγχεα: indeque mutuatum esse ait Eur. (Phœn. 1112.) πυκναῖς ἀσπίσι πεφρικότα. Et ap. Eund. (1128.) legi, λέοντος δέρος χαίτῃ πεφρικός. Huic autem simile est ap. Hesiod. 'A. (391.) Ὀρθὰς δ' ἐν λοφιῇ φρίσσει τρίχας. Habet certe et hunc usum verbum Horreo; nam horrens leo ap. Virg. a quibusdam exp. Jubis horridus, pro quo diceremus λέων χαίτῃ πεφρικώς, sequendo illum Eur. locum. Nisi quis malit, Hor-

rens jubis, ut Horrens setis aper legitur ap. Ovid., quamvis alioqui Setarum paulo alius quam Jubarum sit horror. Jam vero et in φρίξαν ἔθειραι ap. Hom., quod redditur ex Virg. Steterunt comæ, possumus uti verbo Horrere: ex Ovid., Retulit ille gradus, horruerantque comæ. Alia tamen signif. ap. Tibull. 2, 3. Sæpe horrere sacros doluit Latona capillos. Affertur porro et cum accus. ex Aristoph. (B. 822.) φρίξας χαῖταν. || Ceterum ut dicitur aliquis φρίσσειν χαίτῃ s. χαῖταν, et φρίσσειν θριξὶ s. τρίχας, itidemque cum aliis hujusmodi dativis vel accus.; sic etiam ipsa χαῖτα dicitur φρίσσειν, vel αἱ τρίχες. Non solum autem φρίσσειν ταῖς θριξὶ s. φρίσσουσαι τρίχες dicunt cum metum eumque vehementissimum significare volunt, quo quis subito corripitur, sed et simpliciter φρίσσειν, sicut Lat. dicunt Horrescere, Exhorrescere, Perhorrescere. Plut. Alex. (74.) Εἰκόνος Ἀλεξάνδρου φανείσης, ἄφνω πληγέντα φρίξαι, καὶ κραδανθῆναι τὸ σῶμα· καὶ μόλις ἀναλαβεῖν ἑαυτὸν, ἰλιγγιάσαντα πρὸς τὴν ὄψιν. Greg. Naz. Ἐγὼ μὲν φρίττω, τὸν πλοῦτον ἐννοῶν. Idem, Φρίττων καὶ γλῶσσαν καὶ νοῦν καὶ διάνοιαν. Interdum autem usurpatur medium PRÆT. Πέφρικα, in signif. præsentis, veluti cum dicitur δέδοικα pro Metuo, unde partic. πεφρικώς. Demosth. (332.) Τῶν δὲ τῆς πόλεως ἀγαθῶν πεφρικὼς ἀκούω, καὶ στένων, καὶ κύπτων εἰς τὴν γῆν, ὥσπερ οἱ δυσσεβεῖς οὗτοι. Sæpe autem cum accus., ut Il. Λ. (383.) Οἵτε σε πεφρίκασι, λέονθ' ὡς μηκάδες αἶγες. Sic Ω. (775.) πάντες δέ με πεφρίκασι: sed in hoc posteriore l. Homeri, aliter sumitur quam in illo priore, potestque exponi etiam Abhorrent. Sic præt. plusquamperf. ἐπεφρίκειν ap. Theodorit. H. E. 5. Ἐπεφρίκεσαν δὲ αὐτὸν οὐ μόνον οἱ ἄλλοι πάντες, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ βασιλεὺς, τὴν μελετωμένην ὑφορώμενος τυραννίδα. Demosth. junxit etiam infinitivo (559.) Ὅ τις οὐκ ἂν ἔφριξε ποιῆσαι τῶν ἄλλων; Sed φρίσσειν in gaudio quoque usurpari existimat Eust.: qui postquam dixit aliquando χαρὰν ostendere, et velut ὀρθωσιν ἐκ λυπηρᾶς καταπτώσεως, affert hunc versum, non nominans ejus Auctorem, est autem Aristoph. N. [imo Soph. Aj. 693.] Ἔφριξ' ἔρωτι, περιχαρὴς δ' ἀνεπτόμην. Itidem certe ibi ἔφριξα exp. ὀρθαὶ αἱ τρίχες μου ἔστησαν ὑφ' ἡδονῆς. Quidam φρίττω exp. Horreo, ea etiam in signif. qua hoc verbum dicitur de frigore, (ut ap. Colum. Sed frigoribus hyemis intolerabiliter horrent,) verum hujus signif. exemplum non afferunt. Gallica quidem certe lingua sicut nomen Frisson, ita et verbum Frissonner ea de re usurpat, sicut antea dictum est. [Spitzner. Obs. in Quint. Sm. 206. " Markl. Suppl. 31. Jacobs. Anim. 187. Anth. 8, 256. 370. 9, 101. 11, 157. Lucill. 10. Brunck. Apoll. Rh. 138. Heyn. Hom. 5, 207. 319. 6, 432. 459. Lobeck. Aj. p. 323. Plut. Mor. 1, 30. Toup. Emendd. 1, 213. Opusc. 1, 140. 437. 544. et Ind., ad Il. Φ. 363. ad Herod. 664. Ruhnk. Ep. Cr. 138. Bergler. ad Alciphr. 4. 65. Bibl. Crit. 2, 2. p. 66. Bentl. Opusc. 75. Wessel. Diss. Herod. 201. Valck. Phœn. p. 730. 756. Voss Myth. Br. 1, 126. Πέφρικα, Phryn. Ecl. 77. Thom. M. 264. Brunck. Apoll. Rh. 32. Heyn. Hom. 4, 609." Schæf. Mss. " De mari, Dionys. P. 112." Wakef. Mss. Alciphr. 1, 1. Ἐπεφρίκει ὁ πόντος μελαινόμενος, Strato Ep. 13. φθονεροῖς φρίσσοντα γενείοις, Apoll. Rh. 4, 1575. ἑκάτερθε δὲ λευκαὶ Ῥηγμῖνες φρίσσουσι διαυγέες, Soph. Antig. 997. τὸ σὸν φρίσσω στόμα. Vide Schleusn. Lex. N. T.]

[* Φριξὸς, Horridus, de capillis, Aristot. Phys. c. 5. * Φρίξος, Anal. 3, 167. φρίξον καὶ νάρκης τόπος, pro φρίκης.]

Φριξόθριξ, ιχος, ὁ, ἡ, Horrens pilis, s. setis, ὀρθῶν τὰς τρίχας, Suid. unde VV. LL. Horrorem inducens, i. e. Pilorum erectionem. [Pallad. de Bragm. p. 6. " Clem. Alex. 26." Wakef. Mss.] Φριξολόφος, Qui horrentes jubas habet s. setas. Nam ab Hes. exp. composita VOCE Ὀρθοχαίτης, tanquam sc. nomine λόφος significante hic λοφίαν. Φριξαύχην, ενος, ὁ, ἡ, Habens cervicem horrentem setis, ut κάπρον φριξαύχενα quidam Poëta vocat ap. Plut. [7, 813. " Ario H. 2, 7." Boiss. Mss.]

Φρικτὸς, Horrendus, Horribilis, Horrificus, Horrorem incutiens, Formidabilis. Quidam ἀνώνυμος in Epigr. ἡ δὲ τάλαινα Φρικτῶν δαιμονίων * ἐρμαγέλην ἔτεκεν. Plut. Coriol. (18.) Ἔδοξε μὲν καὶ τῶν δημοτῶν τοῖς πολλοῖς φρικτὸν εἶναι τὸ γιγνόμενον καὶ ὑπερήφανον. Greg. Naz. Ἡδιστόν τε ἅμα καὶ φρικτὸν θέαμα. Interdum etiam φρικτὰ dicuntur Quæ sunt sacrosancta, (quemadmodum et φρικῶδες pro Sacrosancto ac venerando poni dictum est,) sicut Horrere divinum numen, legitur ap. Cic. Affertur autem pro hac vocis istius signif., e Chrys. Φρικτὰ μυστήρια, dictum de Dominica cœna. Ab Eod. φρικτὸν pro Arcano poni testatur Bud. [" Musgr. Rhes. 37. Antip. Sid. 27. Pierson. Veris. 66. Valck. Anim. ad Ammon. 38. Bergler. ad Alciphr. 197. ad Lucian. 1, 469. Mitsch. H. in Cer. 169." Schæf. Mss. Conf. c. φρυκτὸς, Schleusn. Lex. V. T. * " Φρικτῶς, Horrendum, Terribiliter, Chrys. in 1 Cor. Serm. 24. T. 3. p. 398, 40." Seager. Mss. " Is. Porph. in Allatii Exc. 272., ubi male * φρυκτῶς, 296." Boiss. Mss. LXX. Sap. 6, 5. * Ἄφρικτος, adv. * Ἀφρικτὶ, Callim. H. in Dian. 64.]

Ἀναφρίσσω, itidem pro Horreo, aut Horreo pilis, s. setis, ut ἀναφρίξαντες ὕες, Aristot. Pro quo participio male in VV. LL. est SCRIPTUM Ἀναφράξαντες. [Opp. Ἀ. 4, 599. ἀκάνθαις. * Ἀντιφρίσσω, Aristot. H. A. 9, 44. * Ἀποφρίσσω s. * Ἀποφρίττω, Gl. Abhorreo. * Ἀπόφρικτος, Inhorrescens, Aret. 3, 12. p. 41, 13. Schneidero susp. " Wakef. S. Cr. 5, 147." Schæf. Mss. * Διαφρίσσω, J. Poll. 1, 107. * Ἐμφρίσσω, unde * " Ἔμφρικτος, Andr. Cr. 82. 154." Kall. Mss. * Ἐπιφρίσσω, Opp. K. 1, 383. Dionys. P. 443. ὀλκὸς ἐπιφρίσσων φολίδεσσι. Orph. Arg. 1147. J. Poll. 1, 106. " Jacobs. Anth. 9, 101." Schæf. Mss. * Ἐπίφρικτος, Nicander Θ. 157. ἐπιφρίκτην φολίδεσσι, i. q. ἐπιφρίσσουσαν. * Μεταφρίσσω, Hippocr. 133.] " Περιφρίττω affertur pro Perhor- " resco." [Quint. Sm. 3, 184. " Aristot. H. A. 9, 4." Kall. Mss. " Mitsch. H. in Cer. 126." Schæf. Mss. * Ἀμφιπεριφρίσσω, Opp. Ἀ. 4, 54. * " Ὑπερφρίσσω, Plaund. Ovid. Met. 13, 877." Boiss. Mss. Lucian. 2, 629. * Ὑποφρίσσω, Philostr. 873. Euphorion ap. Athen. 263. Lucian. 2, 490. 3, 360.]

¶ Πεφριδὼ, Nomen propr. Γραίας esse traditur ap. Hesiod. [Θ. 273. ubi * Πεφρηδὼ,] filiæ Phorci et Cetus, quæ ita dicta sit a verbo φρίσσω, quoniam qui navigant, subinde ad pericula horrescunt.

ΦΡΥΑΤΤΟΜΑΙ, Fremo, de equo. Plut. Lycurgo, Ἵπποι φρυαττόμενοι πρὸς τοὺς ἀγῶνας. Apud Athen. (591.) extat et de homine dictum, sc. de Demea, filio Demadis, Ὃν φρυαττόμενόν ποτε ἐπὶ τοῦ βήματος ἐπεστόμισεν Ὑπερείδης, εἰπὼν, Οὐ σιωπήσῃ, μειράκιον, μεῖζον τῆς μητρὸς ἔχων τὸ φύσημα; Quod ideo dixit Hyperides, quia e scorto genitus Demeas ille erat. Vertit autem Bud. φρυαττόμενον hoc quoque loco, Frementem, Insolentia verborum utentem. Hoc certe constat, φρυάττεσθαι metaphorice poni plerumque pro Insolescere, Magnifice se efferre, aut etiam Ferocire. Philo V. M. 1. Καὶ φρυαττόμενον ὡς ἐπὶ σεμνῷ πράγματι τῷ καταγελάστῳ. Ex 2 Macc. 7, (34.) Φρυαττόμενος ἀδήλοις ἐλπίσι, pro Elatus vana spe. Suidas φρυάττεσθαι exp. etiam καταπλήττειν, i. e. Perterrefacere: addens, οὕτω Μένανδρος. Atque ut signif. activam passivæ huic voci tribuit, ita vicissim passivam activæ voci Φρυάττω, cujus rarum esse usum arbitror, nam ἐφρύαξαν exp. ἐταράχθησαν: [e Ps. 2, 1.] Hes. autem, ἐκινήθησαν et ἐπάρθησαν, et συνήθησαν: quod tertium verbum mendo non caret. [Schleusn. Lex. V. T. " Thom. M. 901. Jacobs. Anth. 1, 1. p. 41. 7, 49. Proleg. 53. 8, 366. 9, 187. 346. 10, 179. Toup. Opusc. 1, 458. Ammon. 144. Valck. Anim. 226. ad Herod. 242. ad Charit. 295. Koen. ad Greg. Cor. 126. ad Diod. S. 1, 318. * Φρυάσσω, Porson. Hec. p. 50. Ed. 2. * Φρυάζω, Valck. ad Ammon. 144." Schæf. Mss. Ælian. H. A. 7, 7. Πτερυσσόμενοι καὶ φρυαττόμενοι. Φρυάσσομαι et φριμάσσομαι conf., Schæf. ad Dionys. H. de C. VV. 195. Vide Schn. Lex. Valck. Schol. in N. T. 1, 391.]

Φρύαγμα, τὸ, Fremitus. Xen. Ἱππ. (11, 12.) Ἀ-

θρόον δὲ τὸ φρύαγμα καὶ τὸ φύσημα τῶν ἵππων συμπαρέσοιτο. Ubi observa copulari φρύαγμα et φύσημα, sicut supra adolescenti φρυαττομένῳ vidisti tribui φύσημα. Indicat autem equorum φρύαγμα et φύσημα, eorum ferociam. Unde metaphorice sæpe usurpatur hoc verbale, sicut et verbum φρυάττομαι, ponitur que pro Ferocia, Fastu, Insolentia. [Sic Soph. El. 719.] Bud. interpr. Fastum superciliosum, et insolentiam, afferens e Greg. Naz. Τὴν ψυχὴν δὲ οἰδαίνειν κενῷ φρυάγματι. Ponitur et ἐπὶ γελάσεως, si Suidæ credimus. [" Meleager 37. et Jacobs., Thom. M. 901. ad Diod. S. 1, 318. 474. ad Charit. 526. ad Lucian. 1, 647. Jacobs. Anth. 9, 187. 10, 179. 11, 64. Ruhnk. Ep. Cr. 297. Abresch. Lectt. Aristæn. 249. Plut. Mor. 1. p. 2. Ox. Toup. Opusc. 2, 251. Emendd. 1, 408. Koen. ad Greg. Cor. 126 (=275.) Valck. ad Ammon. 144. Anim. 226." Schæf. Mss. " Opp. K. 2, 457. συός." Wakef. Mss. Ælian. H. A. 7, 12. Valck. Schol. in N. T. 1, 391-2. Schleusn. Lex. V. T.] Hinc adj. NOMEN Φρυαγματίας, quod ab eod. Bud. redditur Fastuosus, Insolens, Turgidus, afferturque e Plut. Antonio (2.) Πρὸς τὸν βίον αὐτοῦ κομπώδη καὶ φρυαγματίαν ὄντα, κενοῦ γαυριάματος καὶ φιλοτιμίας ἀνωμάλου μεστόν. Alioqui sicut φρύαγμα proprie de equo, sic et φρυαγματίας equus proprie Qui fremitum indicem ferociæ edere solet. [* " Φρυαγμὸς, Valck. ad Ammon. 144. Add. ad Diod. S. 2, 341." Schæf. Mss.: ad Dionys. H. de C. VV. 195. * Φρυαγμοσέμνακος, Aristoph. Σφ. 135.]

Φρυακτὴς, ὁ, de equo, i. q. φρυαγματίας in propria signif., de qua dictum est in fine proxime præcedentis tmematii. Diog. L. Antisthene narrat illum, πομπῆς γινομένης, intuitum equum φρυακτὴν, dixisse Platoni, Ἐδόκεις μοι καὶ σὺ ἵππος ἂν εἶναι λαμπρυντής. Ubi etiam observa VOCEM Λαμπρυντής: quæ de equo dicta, Ostentatorem ferociæ s. alacritatis significare videtur. Ab Interprete autem redditur Præclarus. Porro existimo rariorem huic φρυακτὴς esse metaphoricum usum quam illi φρυαγματίας. [* " Φρυακτίας, Const. Manass. Chron. p. 66. 76 (=131. 143. Meurs.)" Boiss. Mss.]

[* Ἀντιφρυάσσομαι, Greg. Naz. 1, 524. * Καταφρυάττομαι, Insolesco, M. Anton. 7, 3. 9, 41. cf. Gataker. Schol. Æsch. S. c. Th. 399. " Toup. Opusc. 1, 458. Emendd. 2, 222. 4, 473." Schæf. Mss. * " Καταφρύαγμα, Saltus, Epict. 3, 26. * Συμφρυάττομαι, Athan. 2, 4." Kall. Mss.]

¶ Φριμάσσομαι, itidem ut φρυάττομαι, Fremo, Flatum naribus emitto. Herod. 3, (87.) Φριμάξασθαί τε καὶ χρεμετίσαι. Apud Theocr. de hircis, 5, (141.) φριμάσσεο πᾶσα τραγίσκων Νῦν ἀγέλη. J. Poll. tamen caprarum proprium esse putat, licet ab aliquibus de equis usurpatum fuerit, sicut et VERBALE Φριμαγμὸς, Fremitus, Flatus quem equi naribus emittunt. Etymol. e Lycophr. (244.) affert et pro Hinnitu; sed videmus Herodotum supra ad φριμάξασθαι addidisse χρεμετίσαι, i. e. Hinnire, tanquam aliud significans. Ceterum cum φριμάσσομαι sit a φρυάττομαι, consentanea huic derivationi scriptura sit per υ, cum tamen et in illo Herodoti loco, et ap. Hes. ac Suid., (quorum etiam expp. vide,) alteram habeamus. Quin etiam Etym., qui derivationis illius est auctor, habet et ipse scripturam cum ι, præterquam uno in loco. Apud Suid. quidem certe legitur φρυμαγμοῦ per υ, in vulgatis Edd.; sed repugnante vet. Cod. At in meo vet. Lex. scriptura per ι, superpositam habet alteram, per υ, eadem et ipsam manu. [Φριμάττεσθαι conf. c. φρυάττεσθαι, et φριμαγμὸς cum φρυαγμὸς, Schæf. ad Dionys. H. de C. VV. 195. " Φριμάσσομαι, Thom. M. 901. Jacobs. Anth. 8, 366. 9, 358. (* Φριμάω, ibid.) 11, 246. Villois. ad Long. 33. Harles. ad Theocr. 106. Toup. Opusc. 1, 553. Ammon. 144. Valck. Anim. 226. Koen. ad Greg. Cor. 126(=274.) ad Herod. 242." Schæf. Mss. Ælian. H. A. 6, 44. de hirco, Προσιόντος ἐφριμάττετο καὶ ἐπικροτοῦντος ἐφρυάττετο. Activum * Φριμάσσω habet Nicetas Ann. 21, 3. " Φριμαγμὸς, Wakef. Ion. 733. Jacobs. Anth. 8, 366. Ammon. 144. Valck. Anim. 226. Φρυμαγμὸς, ibid. Thom. M. 901." Schæf. Mss. * Ἀντιφριμάσσομαι, unde * " Ἀντιφρίμαγμὸς, Basil. Ms. Schol. Greg. Naz. p. 42." Bast. Mss. in Ind. Scap. Oxon. * Φριμάω, de cane, Opp. K. 1, 491. φριμάᾳ τε λαγωείης ὑπ' ἀϋτμῆς, ubi in Eutecnii Metaphr. φριμῶμενος. Cf. Βριμάω. * Φριμεῖται, Hes. φριμάσσεται.]

ΦΡΥΓΩ, VEL Φρύσσω SEU Φρύττω, Torreo, Torrefacio, aut etiam Frigo. Ex Aristoph. Ἐκκλ. (221.) Καθήμεναι φρύγουσιν, ὥσπερ καὶ πρότοῦ. Athen. 2. Ἀλλὰ τὰ μὲν ἑψεῖν, τὰ δὲ φρύγειν. Pass. Φρύγομαι et Φρύττομαι, Torreor, Torrefio, Frigor. Unde part. πεφρυγμένος. Athen. 2. Ἀλυπότερα δὲ τὰ ἑφθὰ τῶν ὠμῶν καὶ πεφρυγμένων· τὰ δὲ πεφρυγμένα, τῶν ὠμῶν. Hes. φρύγετρον exponens, dicit esse ξυλήφιον, ᾧ κινοῦσι τὰς πεφρυγμένας κριθάς. Alterum particip. est φρυγεὶς, cujus fem. vocem φρυγεῖσα Hermolaus ap. Diosc. vertit Tosta, Marc. Frixa, Ruell. Arefacta. Dicitur etiam aliquis φρύγεσθαι s. φρύττεσθαι ὑπὸ δίψης, [Ælian. H. A. 17, 37.] cujus usus exemplum ex Epigr. affertur. [" Ad Charit. 599. 764. Wakef. Phil. 954. Jacobs. Anth. 8, 330. Bergler. Alciphr. 335. Brunck. Aristoph. 2, 48. Kuhn. ad Paus. p. 5. Wessel. Diss. Herod. 201. ad Herod. 664. Casaub. ad Athen. 113. Toup. Opusc. 2, 295. Emendd. 1, 213. Valck. Diatr. 221. Bergler. Alciphr. 335." Schæf. Mss. Theocr. 7, 66. κύαμον δέ τις ἐν πυρὶ φρυξεῖ. Oraculum ap. Herod. 8, 96. Κωλιάδες δὲ γυναῖκες ἐρετμοῖσι φρύξουσι, al. φρίξουσι, a * Φρίγω, unde Lat. Frigo.]

" Διφρυγὴς, ὁ, ἡ, Bis tostus, Qui bis torretur. " Medici et Metallici διφρυγὲς vocant Perfecti æris " veluti fæcem subsidentem et cohærentem imæ " fornacum parti. Fit enim e luto quod e specu " quodam Cypri sublatum primo arefit sole, mox " circumdatum sarmentis uritur; atque ex eo διφρυ- " γοῦς nomen invenit, quoniam bis torretur, et solis " nimirum ardore et calore ignis, ut testatur Diosc. " 5, 120. ubi tria ejus genera facit. Itidemque " Plin. 34, 13. ubi inter alia dicit, Facile ab ea dis- " cernitur, quam in iisdem officinis diphrygem vo- " cant Græci, ab eo quod bis torreatur." [Ab Aristot. Mirab. Ausc. c. 59. τέφρα φρυγία vocatur.]

Φρυγμὸς, ὁ, Torrefactio, Frixio, i. e. Ipsa frigendi actio. Hes. exp. καῦσις, Ustio. [* Φρύγμα, Schleusn. Lex. V. T.]

[* Ἀποφρύγω, Gl. Extorreo, Anonymus Suidæ, Ὑφ' ἡδονῆς ἀπεφρύγοντο. " Toup. Opusc. 2, 175." Schæf. Mss. * " Διαφρύγω, s. * Διαφρύσσω, Theoph. ad Autol. 2, 21." Kall. Mss. Laur. Lydus de Ost. 102. Has. * Διαφρυξία, Hes., ap. quem vide Kust. * Ἐκφρύγω, Extorreo, LXX. Ezech. 24, 11. Ed. Compl. " Ἐκφρύγομαι, Exuror, Athan. 2, 60." Kall. Mss. Torrefio, Theoph. ad Autol. 2, 21. ubi v. Wolf." Schleusn. Mss. * Ἐκφρύττω, Alex. Trall. 11. p. 636. * Ἐμφρύγω, Ælian. H. A. 14, 18.] Καταφρύσσω, SIVE Καταφρύττω, Basil. de sole urente usurpavit, Bud. [Paul. Ægin. 3, 35.] Extat ETIAM Καταφρύγω in VV. LL. quod exp. Cremiis incendo. [" Brunck. Aristoph. 2, 84. Kuster. 56. (N. 396.)" Schæf. Mss. Aetius p. 91. Γλῶσσαι καταπεφρυγμέναι, nempe sic leg. pro —φριγμ.] Addere possumus et COMP. Ἐπιφρύγω, ex J. Poll., qui habet ἐπέφρυγον, non aliud certe significans quam ἔφρυγον. Atque adeo pro eo quod uno in loco dicit ἐπέφρυγον, in altero legitur ἔφρυγον: quod suspectum etiam reddere potest illud ἐπέφρυγον. Vide Φρυγεύς. [* Περιφρύγω, Circumtorreo, de radiis solis, Theod. Cant. 1, 5. Alex. Trall. 12. p. 713. * Περιφρυγὴς, ibid. et 726.] Adjiciendum et COMP. Συμφρύγω, a quo est συνεφρύγησαν, " Tosti s. Arefacti sunt. Redditur " etiam Aruerunt:" quod habebis in Φρύγιον post Φρυγεὺς et Φρύγετρον. Accipi autem ibi videtur pro simplici. [* Συμφρύσσω s. Συμφρύγω, LXX. Job. 30, 30. Ezech. 24, 11. 4 Macc. 3, 11. * Συμφρυγμὸς, Ardor, Inc. Levit. 26, 16.]

Φρυγεὺς, έως, ὁ, Qui torret, frigit. Etiam Hominem qui φρύγει, nominare oportet φρυγέα, inquit J. Poll.: postquam dixit hoc ipso nomine Φρυγεὺς significari ἀγγεῖον ὅπου ἐπέφρυγον. Idem alibi φρυγέα

postquam inter coquinaria σκεύη numeravit, addit εἴτε τὸ ἀγγεῖον, ἐν ᾧ ἔφρυγον. Eodem in loco (1, 246.) recenset ETIAM Φρύγετρον, τὸ, alibi AUTEM Φρύγετον, sine ρ in fine, (cui scripturæ minus fido quam alteri,) quod in VV. LL. putatur esse Sartago fictilis in qua farra torrebant. Additurque id esse fortasse, quod Plin. Farreum appellaverit, 18, 3. Novæ nuptæ farreum præferebant, cum J. Poll. ipse ita scribat, Σόλων δὲ τὰς νύμφας ἰούσας ἐπὶ τὸν γάμον ἐκέλευσε φρύγετὸν φέρειν σημεῖον. Ibidemque dicit esse ᾧ τὰς κάχρυς ἔφρυγον. At Hes., uti dictum est, tradit φρύγετρον esse ξυλήφιον ᾧ κινοῦσι τὰς πεφρυγμένας κριθάς. [" Kuhn. ad Paus. p. 5. ad Herod. 664." Schæf. Mss.]

Invenitur ETIAM Φρύγιον, quod exp. Cremium; nam pro eo quod LXX. Interprr. habent Ps. (101, 3.) Καὶ τὰ ὀστὰ μου ὡσεὶ φρύγιον συνεφρύγησαν, habet vulgaris interpr. Lat., Ossa mea sicut cremium aruerunt. [Vide Schleusn. Lex. V. T.] Hes. itidem dicit φρύγιον esse ξύλον ξηρὸν, Lignum aridum. A Suida autem exp. δαλὸς ξηρός. [Φρυγίον, Gl. Frictorium. " Brunck. Soph. 3, 504." Schæf. Mss. Etym. M. v. Λέσχαι, Τὰ φρ. καὶ ἀλεεινοὺς τόπους.] Sed et MASC. Φρύγιος Hes. exp. ξηρὸς, Aridus. (Affertur vero φρύγιος et pro Flore quodam æstivo, e Theophr. H. Pl. 6.) Habet et FEM. Φρυγία, quod dicit significare ἡ φρύγουσα. Quin etiam NOMEN Φρυγίνδα ap. eum extat, quod esse dicit Lusus genus, in quo utebantur fabis. Suspicor autem eas tostas fuisse, s. frixas: quod si ita est, optime conveniet hæc signif. cum derivatione a φρύγω. Sed J. Poll., quem vide, ὀστράκων meminit, non κυάμων. Verum ut redeam ad illud NOM. Φρύγιον, in VV. LL. additur significare etiam Cantilenam incitantem ad arma, quæ interpr. jam inde ab antiquissimis atque adeo primis Lexx. manavit. Sed ut demus, φρύγιον hanc quoque signif. habere, (cujus tamen exemplum desidero,) non tamen huc pertinebit, sed ad NOMEN Φρύξ, Φρυγός: quod est Latinis itidem Phryx, sc. Qui est e Phrygia. [" Wakef. Alc. 686. Jacobs. Anim. 40. Anth. 7, 373. 8, 353. ad Timæi Lex. 36. Toup. Opusc. 1, 554. ad Lucian. 1, 397. De mancipio, 336. 362. 399." Schæf. Mss.] Is autem vocatus est ETIAM Φρύγιος, itidemque mulier fuit DICTA Φρυγία, teste Steph. B. Qui addit et nomen POSSESS. Φρυγικὸς, Phrygicus, vel potius Phrygius, Ad Phrygiam s. Phryges pertinens, E Phrygia originem habens. Qua signif. usurpatur et illud Φρύγιος, et quidem frequentius, ut opinor. Sic Φρύγιος αὐλὸς ap. Lucian. (1, 80.) cui addendum Φρύγιος αὔλησις e Suida: et ad id pertinere videtur illa nominis Φρύγιον signif. de qua modo dictum fuit. Item Φρύγιος ἁρμονία, nec non Φρύγιον ἔριον: præterea Φρύγιος λίθος, Phrygius lapis, sic dictus quod infectores in Phrygia eo uterentur, alioqui nascens in Cappadocia, teste Diosc. [" Φρύγιος, Eur. El. 457. Brunck. Aristoph. 3, 58. De quant., Schrader ad Mus. p. 19." Schæf. Mss. " Φρύγιος ἁρμονία, Clem. Alex. 658.: ῥυθμὸς, Anacr. Od. 64. * Μιξοφρύγιος ἁρμονία, Clem. Alex. 307." Kall. Mss. * Ὑπερφρύγιος, Athen. 625. Schn. Lex. v. Νόμος.] " Ὑποφρύγιος, Subphrygius," [Athen. l. c.] " et Ὑποφρυγιστὶ, q. d. Subphrygie, " musicorum sunt, sicut ὑποδώριος et ὑποδωριστὶ, " quæ vide." [" Aristot. Probl. 19, 49. cf. Barnes. ad Eur. de Trag. p. 44." Kall. Mss. * " Φρυγικὸς, Dionys. H. 1, 76. * Φρυγιακὸς, T. H. ad Plutum p. 86. ad Lucian. 1, 380." Schæf. Mss. Athen. 332. 578. Strabo 10. p. 721.] His addi potest et ADV. Φρυγιστὶ, quod signif. Phrygio sermone, Phrygia lingua: ea forma dictum, qua Ἑλληνιστὶ, Δωριστὶ, aliaque quamplurima. Interdum Φρυγιστὶ, Phrygio more. Ad Phrygios modos, ut ἡ Φρυγιστὶ ἁρμονία, Aristot. Polit. 8. [" Brunck. Soph. 3, 438. Meurs. ad Apoll. Dysc. 99." Schæf. Mss. " Ἡ Φρ. ἁρμονία, Clem. Alex. 658." Kall. Mss.] Item VERB. Φρυγίζω, Phrygios mores imitor, Phrygas imitor. Possit autem poni et pro Faveo Phrygibus. [" Ad Herod. 395." Schæf. Mss. " Eust. in Dionys. P. 93." Wakef. Mss.] Et hæc quidem, uti dixi, a nostro Φρύγω sunt aliena, nisi forte et ipsa regio Φρυγία inde nomen sortita esse credenda sit. At vero ILLUD Φρυγία, quod est Nomen loci Ætæ montis, hinc referri debet, quippe quod ei inditum sit ἀπὸ τοῦ ἐκεῖ πεφρύχθαι τὸν Ἡρακλέα, inquit Steph. B. [" Ad Lucian. 1, 348. Bergler. Alciphr. 333." Schæf. Mss. * " Φρυγία, * Φρυγῖτις, Asplenium, Diosc. Notha 460." Boiss. Mss. * " Φρυγιατικὸν, τὸ, (Herba quædam,) Geop. 12, 1." Kall. Mss.]

[* Φρυγίλος, Lat. Frigilla s. Fringilla, Aristoph. Ὄρν. 762. Εἰ δὲ τυγχάνει τις ὢν Φρύξ, μηδὲν ἧττον Σπινθάρου, Φρύγιλος ὄρνις ἐνθάδ' ἔσται, τοῦ Φιλήμονος γένους: ibid. 873.]

Φρυκτὸς, Tostus, Torrefactus, Frixus. Athen. 2. Ἑφθὰ καὶ φρυκτὰ σχεδὸν τὰ πλεῖστα. [Φρυκτοὶ, ut et ἑψητοὶ, de piscibus, 227. 303.] Et φρυκτὴ ῥητίνη, Tosta resina, s. Torrefacta. Sed φρυκτὴ quamvis adjectivum nomen sit, absolute tamen et simpliciter citra τῆς ῥητίνης adjectionem positum, Resinam pineam s. Colophoniam signif. quod ceteras antecedat, sitque omnium maxime parabilis. Sic autem dicta est ad liquidæ differentiam, quam Græci etiam simpliciter ὑγρὰν, vel τὴν ἐκ τῶν κεραμίων ὑγρὰν appellare solent. Hujus urendæ torrendæque differentiam Diosc. 1. explicavit. Hæc Gorr., ubi observa obiter et usum VOCIS Ὑγρά. Apud Hes. legitur et NEUTR. Φρυκτὰ, quod exp. ξηρὰ, addens ἰχθύδια εὐτελῆ: fortasse autem interpungi non debet inter ξηρὰ et ἰχθύδια. [" Jacobs. Anth. 11, 54. ad Diod. S. 2, 362. Boiss. Philostr. 553." Schæf. Mss. * Ἄφρυκτος, Non tostus, Alex. Trall. 9. p. 555. " J. Poll. 6, 77." Kall. Mss. " Phot. v. Προκώνια." Schleusn. Mss. * Φρυκτεύω, Torreo, Nicet. Annal. 21, 3.] Nomine φρυκτὸς significata etiam fuit faba, φρυκτὸς ὁ κύαμος ἐλέγετο, inquit Suidas; sed ego existimo proprie τὸν φρυκτὸν κύαμον, i. e. πεφρυγμένον, ita vocatum fuisse. [Aristoph. Σφ. 1331.] Et quoniam fabis suffragia ferebant Athenienses, calculi judiciarii apud eos fuerunt etiam VOCATI Φρυκτοί. J. Poll. 8, (18.) Etiam φρυκτοὶ vocabantur αἱ ψῆφοι αἱ δικαστικαί. Unde φρυκτή τις ψῆφος, qua utebantur εἰς τὰ ἐναντία. Hinc autem est VERB. Διαφρυκτοῦν, inquit Suidas, qui exp. διαψηφίζεσθαι, et διακληροῦν, Suffragia ferre, Sortiri. Sed ap. eum aliquid desiderari videtur. Post hæc enim verba, φρυκτὸς ὁ κύαμος ἐλέγετο, sequitur, ἀντὶ δὲ ψήφων κυάμους ἐφόρουν οἱ τῶν Ἀθηναίων δικασταί: quibus subjungit, ὅθεν καὶ τὸ διαφρυκτοῦν κ. τ. λ. Videntur, inquam, aliquot verba hic desiderari, quibus sc. doceat κυάμους illos vocatos fuisse φρυκτούς. Nisi forte e præcedentibus et sequentibus colligendum id nobis reliquerit. " Διάφρυκτος, Hesychio est κλῆρος, " Sors, quoniam sc. judices in sortibus utebantur " fabis, quæ ab Atheniensibus φρυκτοὶ nominantur." || Φρυκτὸς, Hes. teste, est etiam μάντις. Apud Eund. legitur φρυκτὸς δελφὶς, κλῆρος: quibus verbis subjungitur, Ἐχρῶντο δὲ τοῖς κλήροις μαντευόμενοι ἐν Ὀλυμπίᾳ. [Plut. 7, 916. Τῶν Θεσσαλῶν φρυκτοὺς περὶ βασιλέως πρὸς τὸν θεὸν πεμπόντων.] || Φρυκτὸς, Fax qua hostium adventus prænuntiatur, Ignis prænuntius, Plin. 1, 13. Cic. autem vocat Ignem e specula sublatum, aut tumulo, in Verr. Or. ult. Prædonum adventum significabat ignis e specula sublatus aut tumulo. A Suida exp. Ἡ διὰ τῶν δᾴδων γινομένη ἐν πολέμοις λαμπάς. In VV. LL. φρυκτὸς est Fax e tæda, s. Panicula typhæ, ἡ ἐκ τῶν τυφῶν ἀνθήλης λαμπάς. Thuc. 2, (94.) Ἐς δὲ τὰς Ἀθήνας φρυκτοί τε ἤροντο πολέμιοι: 3, (22.) Φρυκτοί τε ἤροντο ἐς τὰς Θήβας πολέμιοι· παρανίσχον δὲ καὶ οἱ ἐκ τῆς πόλεως Πλαταιῆς ἀπὸ τοῦ τείχους φρυκτούς. Quos in Il. vide quæ annotat Schol., qui inter alia docet qui φρυκτοὶ essent πολέμιοι, qui item φίλιοι, vel potius eorum usum. Synes. Ep. 130. Τῆς ὥρας πολλάκις φρυκτοὺς ὁρῶν, καὶ αὐτοὺς ἀνάπτων καὶ αὐτὸς, καὶ αἴρων τοῖς ἄλλοις σημεῖα. [Æsch. Ag. 30. 290. 300.] Hinc est NOMEN Φρυκτωρὸς, (compositum ex illo φρυκτὸς et verbo ὠρεῖν,) q. d. Observator ignium prænuntiorum. Thuc. 8, (102.) Ὡς αὐτοῖς οἵ τε φρυκτωροὶ ἐσήμαινον; ubi Bud. vertit, Custodes in speculis oræ, item Excubitores specularii, et Qui in speculis sunt oræ maris, e Liv. Hi autem ut ignes prænuntios sublatos cernebant, ita vicissim ipsi tollebant. [Lycophr.

345. Æsch. Ag. 599. "De ipso signo, Const. Manass. Chron. p. 57. Meurs." Schæf. Mss.] Dicitur ITIDEM Φρυκτωρία, Illa ignium observatio, Custodia s. Excubiæ in speculis maritimis, Excubiæ ad signum dandum per faces, e speculis, aut alio edito loco. Aristoph. Ὄρν. (1161.) πανταχῇ Φυλακαὶ καθεστήκασι, καὶ φρυκτωρίαι Ἐν τοῖσι πύργοις. Apud Thuc. autem 3, (22.) Ὅπως ἀσαφῆ τὰ σημεῖα τῆς φρυκτωρίας τοῖς πολεμίοις ᾖ, possumus φρυκτωρίας commode interpretari Ignium sublatorum. Itidemque ap. Aristot. de Mundo, Ἡμεροδρόμοι τε καὶ σκοποὶ, καὶ ἀγγελιαφόροι, καὶ φύλακες, φρυκτωριῶν τε ἐποπτῆρες, Cursores etiam, exploratoresque, statores, et custodes stationarii, et denique specularii excubitores, Bud. Subjungitur autem ab Aristot. Τοσοῦτος δὲ ἦν ὁ κόσμος, καὶ μάλιστα τῶν φρυκτωριῶν κατὰ διαδοχὰς πυρσευουσῶν ἀλλήλαις ἐκ περάτων τῆς ἀρχῆς μέχρι Σούσων καὶ Ἐκβατάνων, ὥστε τὸν βασιλέα γινώσκειν αὐθημερὸν πάντα τὰ ἐν τῇ Ἀσίᾳ καινουργούμενα: quæ Idem ita reddit, Quorum erat ipsorum is apparatus, ea descriptæ collocationis ratio, tam rato ordine vices munerum constitutæ, et præsertim eorum qui ignes edere prænuntios et tollere e speculis soliti sunt, deinceps in aliam illi quidem ex alia dantes accipientesque signum in orbem, abusque finibus imperii adusque Susa et Ecbatana, quicquid rerum novarum quisquam in Asia moliretur aut incœptaret, rex ut ipse uno die resciscerct. Quo etiam e loco multiplicem fuisse φρυκτωριῶν usum cognoscimus. Sed animadvertendum est, Interpretem ita h. l. reddidisse quasi pro φρυκτωριῶν πυρσευουσῶν ἀλλήλαις, legeretur φρυκτωρῶν πυρσευόντων ἀλλήλοις. Ac profecto hunc dat. ἀλλήλοις, qui habetur in vulg. Edit. mutari in ἀλλήλαις necesse est, si φρυκτωριῶν retineamus, quod certe hoc loco non aliud est quam φρυκτῶν. Greg. Naz. metaphorice φρυκτωρίαν usurpavit de sole, Or. de Bapt. Οἶδα τήν τε κυκλικὴν τῶν ἀστέρων περίοδον, καὶ τὴν ἄνωθεν φρυκτωρίαν κόσμον ὅλον αὐγάζουσαν, Luminis ejaculationem s. Splendoris, aut etiam Splendorem. ["Matth. ad Gloss. min. p. 20. ad Lucian. 1, 240. 487. ad Herod. 484. 590. ad Diod. S. 2, 362. Boiss. Philostr. 553. Huschk. Anal. 240. Brunck. Soph. 3, 429." Schæf. Mss. Æsch. Ag. 33. 499.] AT VERO Φρυκτώριον, τὸ, Specula illa excubitorum qui φρυκτωροὶ vocantur, Specula unde ignis sublatus hostium aut prædonum adventum aliudve significat. Herodian. 4, (2, 15.) Ἀπεικάσαι τις ἂν τὸ σχῆμα τοῦ κατασκευάσματος φρυκτωρίοις τοῖς λιμέσιν ἐπικειμένοις, ἃ νύκτωρ τὰς ναῦς ἐς ἀσφαλεῖς διαγωγὰς χειραγωγεῖ· φάρους δὲ αὐτὰ οἱ πολλοὶ καλοῦσιν. Ubi Polit. φρυκτώρια vertit Turres, totum h. l. ita interpretans, Possis ejus ædificii formam comparare turribus iis, quæ portubus imminentes, noctu igne prælato naves in tutas stationes dirigunt. Pharos vulgo appellant. [Plut. Pomp. 24.] Denique e φρυκτωρὸς factum est et VERB. Φρυκτωρέω, Excubias ago e specula, ignem sublatum observando, Igni sublato hostium adventum denuntio, aut aliorum. Bud. vertit etiam, E specula igniculum prænuntium excito. Virg. flammas efferre id vocat, Æn. 2. flammas cum regia puppis Extulerat. Liv. Signum dare e specula. Et pass. Φρυκτωρεῖσθαι dicitur quod eo modo significatur, sc. igne sublato. Thuc. 3, (80.) Καὶ ὑπὸ νύκτα τοῖς Πελοποννησίοις ἐφρυκτωρήθησαν ἑξήκοντα νῆες Ἀθηναίων προσπλέουσαι ἀπὸ Λευκάδος. Metaphorice ap. Greg. Naz. Πόθεν ἥλιος φρυκτωρεῖ πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ, καὶ πάσαις ὄψεσι, Prælucet sol toti orbi et quasi facem præfert, Bud. Ex ejusd. Greg. Or. de Sancto Paschate, Ὅσον οὐρανὸς ἄνωθεν φρυκτωρεῖ, Velut facibus illuminat. Sed ex his solis verbis certo cognosci constr. non potest. Apud Aretham quidem certe accusativo manifeste jungitur, Ἥτις φρυκτωρεῖ τοὺς πελάζοντας. ["Matth. ad Gloss. Min. p. 20." Schæf. Mss. Harpocr. Φρυκτωρεῖν ἐστὶ κυρίως τὸ διὰ πυρσῶν ἀνατεινομένων σημαίνειν ὅτιοῦν. Δείναρχος ἐν τῇ Αἰσχίνου Συνηγορίᾳ κατὰ Δεινίου. * "Διαφρυκτωρέω, Niceph. Hist. p. 55. Ed. 1616=13. Lupar." Boiss. Mss.] COMP. autem Παραφρυκτωρέω, SIVE Παραφρυκτωρεύομαι, Ignem e specula attollo præter jus et æquum, vel contra quam promisi; seu, contra fidem datam, et proditorie, utpote in hostium commodum. Quidam interpr. Facibus in hostium usum abutor. Vide Suid. in Παραφρυκτωρευόμενος, nec non in Φρυκτός. [Παραφρυκτωρευόμενος, Lysias c. Agoracr. p. 358. Ed. Auger. Παραφρυκτωρεῖν, Dinarchus ap. Harpocr. s. v. "Huschk. Anal. 240." Schæf. Mss.]

¶ Φρύγανον, τὸ, Cremium, Virgultum aridum, Surculus aridus. Φρυγάνων appellatione Omnia sarmentosa ligna arida, ignisque fomenta, sive ad cremandum facilia, continentur. Ideo et εὔφλεκτα vocat alio nomine Constantinus in Geop. i. e. Columellæ et Plin. Cremia: quæ sunt ὑλήματα et κάρφη, omnisque lignosa et surculosa materia, qua fornax incenditur, torretur aliquid atque frigitur. Hæc ex VV. LL. Hieron. in Oseæ 10. φρύγανον et ipse interpr. Cremium: addens, Aridas herbas, siccaque virgulta quæ camino et incendio præparantur. Gaza autem in præfatione quam præfixit a se versis Theophrasti libris, Inter herbam enim, inquit, et fruticem Græci genus tertium reddunt, idque φρύγανον nomine usitatissimo vocant. Latini autem eo nomine vocant: nec quatuor genera faciunt, sed arboris, fruticis, herbæque appellatione universas plantas amplecti se satis existimant. Hæc ille. Habemus autem quatuor illa genera, ap. Theophr. H. Pl. 1, 5. Πρῶτα δ' ἐστὶ καὶ μέγιστα, καὶ σχεδὸν ὑφ' ὧν πάντη τὰ πλεῖστα περιέχεται, τάδε, δένδρον, θάμνος, φρύγανον, πόα. Ibid. Φρύγανον δὲ, τὸ ἀπὸ ῥίζης, καὶ * πολυστέλεχες καὶ πολύκλαδον· οἷον βάτος καὶ παλίουρος. Gaza alicubi φρύγανον vertit etiam Festucam. Pro qua interpr. facit quod scribit Schol. Aristoph., sc. eum κάρφη et φρύγανα posuisse ἐκ παραλλήλου, Ὄρν. (642.) Polit. ap. Herodian. duobus in ll. φρύγανα vertit Fomites aridos. Apud Act. 28, (3.) vetus Interpres et alii φρύγανα verterunt Sarmenta. Quod autem ap. Historicos interdum legimus, φρυγάνων συλλογὴν, possumus uno verbo Pabulationem interpretari: Valerii exemplo, qui de Codro loquens Pabulari dixit pro eo quod quidam Græcus scriptor, eandem historiam commemorans, φρύγανα συλλέγειν. Veruntamen Thuc. 3, (111.) non simpliciter dixit φρυγάνων ξυλλογὴν, sed λαχανισμὸν καὶ φρυγάνων ξυλλογήν. Ac re vera Pabulatio latius patet quam φρυγάνων ξυλλογὴ, adeo ut Valerium quoque aliud etiam comprehendere Pabulandi verbo quam φρύγανα συλλέγειν, verisimile sit. ["Diog. L. Archelao p. 55. HSt." Seager. Mss. "Plut. de S. N. V. 29. Toup. Opusc. 1, 549. Valck. Diatr. 14." Schæf. Mss. Schleusn. Lex. N. T. Φρυγάνων χαῖται, Gl. Quisquiliæ. At * Φρυγανὸς, ap. J. Poll. 4, 137. ταῖς σαρξὶ, est prava lectio pro σφριγανός.]

Φρυγανοειδὴς, ὁ, ἡ, ET Φρυγανώδης, Cremiis similis, s. Virgultis aridis. Redditur etiam Cremiorum modo lignosus. Et φρυγανοειδὴς θάμνος ap. Diosc. item φρυγανοειδὲς θαμνίσκιον, Frutex cremio similis, surculosus, surculaceus. Hæc autem interpr. assentitur iis, qui φρύγανον putarunt apte reddi voce Surculus, e quibus fuit Bud., qui alioqui τὰ φρυγανώδη a Gaza reddi etiam Virgulta testatur. In VV. LL. φρυγανώδης exp. præterea Fruticosus, Suffruticeus. Invenitur certe ap. Diosc. φρυγανώδης θάμνος, sicut et φρυγανοειδής. Apud Eund. Plin. πόα φρυγανώδης interpr. Herba ferulacea. Nam hæc Dioscoridis, Μύαγρος, πόα φρυγανώδης, δίπηχυς, φύλλα ἔχουσα ἐμφερῆ τοῖς τοῦ ἐρυθροδάνου, σπέρμα λιπαρὸν, ita vertit, Herba est ferulacea, foliis similis rubiæ, tripedanea: semen oleosum. [Φρυγανώδης, Gl. Surcularis. "Greg. Cor. 263." Schæf. Mss. Theophr. H. Pl. 1, 3, 4. 2, 1, 3. 6, 6, 2.] Φρυγανοφόρος, Qui portat cremia, s. virgulta arida. Redditur etiam, Sarmenta ferens, ut φρύγανα reddi etiam Sarmenta, dictum modo fuit. Affertur autem e Lysia.

[* Φρυγανὶς, Eust. Il. A. 553. Δεταὶ, δεσμοὶ δᾳδων —συνδεδεσμέναι φρυγανίδες. "Heyn. Hom. 6, 217." Schæf. Mss.]

Φρυγανικὰ, τὰ, Virgulta minus virentia, Bud. e Theophr. C. Pl. 3, (7, 11.) de olea et punica et myrto, Πυκνότατα δὲ ἐστι καὶ λεπτότατα, καὶ ταχὺ παραναινόμενα· διὸ καὶ φρυγανικώτατα πάντων τῇ προσόψει. In VV. LL. φρυγανικὰ, Virgulta cito arescentia, et igni accommodata, Suffrutices, e Gaza

ap. Theophr. H. Pl. 3. Ceterum quod ad illam primam interpr. attinet, qua φρυγανικὰ significare dicitur Virgulta minus virentia, non dubium est quin et substantivo φρύγανα itidem convenire possit; ideoque melius, ut opinor, φρυγανικὰ eod. modo interpretabimur quo φρυγανοειδῆ s. φρυγανῶδη. [Theophr. H. Pl. 6, 1, 1.]

Φρυγανίζομαι, Cremia colligo, Virgulta arida colligo. Bud. vertit etiam Aridos frutices lego, (sub qua interpr. observa obiter et nominis φρύγανα interpretationem, diversam a præcedentibus,) afferens e Basil. Hom. 9. Ἢ οὐχ ὁρᾷς ὅτι φρυγανιζομένῳ τῷ Παύλῳ ἐνάψας ὁ ἔχις οὐδεμίαν προσετρίψατο βλάβην, διὰ τὸ πλήρη πίστεως εἶναι τὸν ἅγιον; Sed non satis Budæana illa expositio verbi φρυγανίζεσθαι huic loco convenire videtur, cum Basil. φρυγανίζεσθαι hic appellet quod Act. 28. συστρέφειν φρυγάνων πλῆθος: de quo loco dixi in Συστρέφω. Apud Historicos quidem certe videtur reddi posse Lignari, sicut VERBALE Φρυγανισμὸς, Liguatio, cum ap. alios tum ap. Arrian. (1, 19, 14.) Et quod dicit Thuc. (7, 4.) Ἐπὶ φρυγανισμὸν ἐξελθεῖν, Ad lignationem exire, Lignatum exire: [13. "Appian. 1, 158. Polyæn. (1, 18.) p. 37. * Φρυγανιστὴρ, ibid." Wakef. Mss. Unde * Φρυγανιστήριος, e quo] Φρυγανίστρια, ap. J. Poll., qui ex Aristoph. affert. Non est autem aliud φρυγανίστρια quam Cremiorum collectrix, s. Virgultorum aridorum, sequendo quidem certe eam signif. quæ verbo φρυγανίζομαι data fuit.

[* "Φρυγανίτης, Const. Manass. Chron. p. 87." Boiss. Mss. * Φρυγανῖτις, Heliod. 9. p. 422=449. ὕλην.]

Φρυγάνιον, τὸ, dimin. forma, Parvum virgultum aridum. Apud Diosc. (3, 105.) Ruell. vertit Exiguus frutex, Ἄλυσον, φρυγάνιόν ἐστιν ὑπότραχυ.

ΦΡΥΝΟΣ, ὁ, Rubeta, Rana venenosa. Nicander Ἀ. (580.) Ἥν γε μὲν ἐκ φρύνοιο θερειομένου ποτὸν ἴσχῃς. Ubi vide Schol., qui φρύνου putat accipi etiam posse pro φωνητικόν. [Vide Schn. p. 308.] Quod autem hic appellat ἐκ φρύνοιο ποτὸν, Diosc. vocat φρύνου πόσιν, quod ap. eum redditur, Haustum rubetæ venenum. Apud Eund. Τοῖς ὑπὸ φρύνου δηχθεῖσι. Lucian. (3, 40.) Φρῦνοι καὶ φύσαλοι. Plut. (8, 125.) Καὶ γὰρ γαλᾶς καὶ κανθαρίδας ἔνιοι μισοῦσι, καὶ φρύνους καὶ ὄφεις, ubi quemadmodum habes ὄφεις post φρύνους, sic ὄφιν post φρυνον, in hoc versu, quem Synes. affert, Ἀσπίδα, φρῦνον, ὄφιν καὶ Λαδικέας περίφευγε. Existimatur autem φρῦνος in quibusdam II. generalius etiam usurpatum pro Rana. In VV. LL. afferuntur et aliæ scripturæ hujus nominis, quarum prima EST Φρὺν, υνός: secunda EST Φρυνέος: tertia EST Φρύνη, quod ap. Aristot. extat: [et Nicandr. Ἀ. 588. 589.] Illud autem φρυνέος Etym. e φρῦνος factum esse tradit per pleon. literæ ε. Quod vero ad Φρύνη attinet, esse etiam Celeberrimi cujusdam scorti nomen, satis notum est: Latina terminatione Phryne. [Aristoph. Ἐκκλ. 1101. et Brunck. "Φρῦνος, Φρύνη, Tyrwh. de Babr. p. 58=196. (Fab. 11, 6.) Wagner. Alciphr. 2, 221." Schæf. Mss. Apollod. 2, 8, 4. * Φροῦνος pro φρῦνος, Eust. ad Dionys. P. 752.]

Φρυνοειδὴς, ὁ, ἡ, Rubetæ speciem præ se ferens, Rubetæ similis. Φρυνολόχος, q. d. Rubetis insidians: ἱέραξ, Rubetarius accipiter. Aristot. Οἱ δὲ φρυνολόχοι, εὐβιώτατοι καὶ χθαμαλοπτῆται.

Φρύνιον, τὸ, Fruticis genus, a rubetis, quas φρύνους vocant, quod adversus eas sit auxilio. Dicitur et ποτήριον. VV. LL. e Marc. in Diosc. In Iisd. traditur φρύνιον accipi et pro Rubeta. ["Diosc. Notha 452. 465." Boiss. Mss.]

ΦΥΚΟΣ, τὸ, Alga, non satis proprie tamen, ut postea docebo. Il. I. (7.) ἄμυδις δέ τε κῦμα κελαινὸν Κορθύεται, πολλὸν δὲ παρὲξ ἅλα φῦκος ἔχευαν. Virg. Æn. 7. scopuli nequicquam et spumea circum Saxa fremunt, laterique illisa refunditur alga. Tradit autem ibi Eust. φῦκος esse εἶδός τι μνίου καὶ βρύου. Plut. in I. quem περὶ Ἀοργησίας inscripsit, Τὴν μὲν γὰρ θάλασσαν, ὅταν ἐκταραχθεῖσα τοῖς πνεύμασι τὰ βρύα καὶ τὸ φῦκος ἀναβάλλῃ, καθαίρεσθαι λέγουσιν, ubi quemadmodum βρύα et φῦκος jungi vides, ita φυκίων et βρύων ab Eod. copulari, docebo in Φυκίον. Dioscoridi 4, 100. φῦκος θαλάσσιον aliud est πλατὺ, aliud ὑπόμηκες et φοινίσσον, aliud λευκόν. Unde Plin. 26, 10. Præcipue vero liberat eo malo φῦκος θαλάσσιον, i. e. fucus marinus, lactucæ similis: qui conchyliis substernitur: non podagræ modo, sed omnibus articulorum morbis impositus, prius quam exarefiat. Tria autem genera ejus: latum, et alterum longius, quadantenus rubens: tertium crispis foliis, quo in Creta vestes tinguntur: omnia ejusd. usus. Ejus meminit et 32, 6. vocans Algam maris. Quin etiam 13, 25. scribit inter alia, Circa Cretam insulam nato in petris purpuras quoque inficiunt. Sed hoc animadvertendum est isto in loco, rejici ab eo id nomen, sc. algam, quo alibi utitur; ita enim scribit, Non habet lingua alia nomen quod Græci vocant φῦκος: quoniam alga herbarum magis vocabulum intelligitur, hic autem est frutex: folia lata colore viridi gignit etc. Theophr. H. Pl. 4, 7. meminit ποντίου φύκους, quo tingi dicit non solum ταινίας, sed etiam ἔρια et ἱμάτια: esse autem hoc existimatur genus illud, quod Diosc. vocat φοινίσσον, Plin. Quadantenus rubens. Horat. Od. 3, 5. nec amissos colores Lana refert medicata fuco. Ubi fucus est hoc ipsum φῦκος, si Acroni credimus, qui in Serm. 2, 2. annotat fucum esse Genus herbæ marinæ, unde lana inficitur, et affert illum ejusd. Poëtæ locum: nec non hunc Virgilii versum, Alba nec Assyrio fucatur lana veneno. Scimus alioqui Assyrium venenum hic alios expouere Purpuram. Sed meminisse debemus ejus, quod scribit Plin. in I. quem paulo ante protuli, sc. φύκει circa Cretam insulam nato in petris purpuras quoque infici. Quo pertinet hic Catulli in Argon. versus, Tincta tegit roseo conchylis purpura fuco. || Radicula qua se fucant mulieres, unde Fucus Latine. Hoc nihil aliud est quam genus algæ, frutexque potius quam herba: φῦκος rubens Plinii, et Theophrasti illud φῦκος, quo infectores utuntur, et quo, ut anchusa, mulieres exalbidæ genarum colorem purpureum roseumque ementiuntur: φοινικοῦν φῦκος Nicander appellavit. Hæc ex VV. LL. Dioscorides tamen eodem illo loco, sc. 4, 100. scribit Nicandrum tradere τὸ φοινικοῦν φῦκος esse θηριακὸν, quod nonnulli putarint id esse, quo utuntur mulieres, cum illud sit radicula ὁμωνύμως dicta φῦκος. Utut sit, φύκει usas esse mulieres ad ementiendum ori ruborem, e variis variorum Auctorum locis constat. Lucian. (2, 443.) Τὰς ἀναισχύντους παρειὰς ἐρυθαίνουσιν ἐπιχρίστοις φύκεσιν, ἵνα τὴν * ὑπέρλευκον αὐτῶν καὶ πίονα χροιὰν τὸ πορφυροῦν ἄνθος ἐπιφοινίξῃ, ubi observa etiam usum pluralis numeri, nec non additum esse ἐπιχρίστοις. J. Poll. 5, c. 16. Φύκει πυρσαίνει, ψιμμυθίῳ λευκαίνει. Sed et in I. Sapientiæ Solom. 13, (14.) dixerunt. LXX. Interprr. Καταχρίσας μίλτῳ, καὶ φύκει ἐρυθήνας τὴν χρόαν αὐτοῦ. Itidem certe Fucus ap. Latinos ruborem asciscit. Legimus enim et ap. Cic. de Orat. 3. His tribus figuris insidere quidam venustatis non fuco illitus sed sanguine diffusus debet color. Sed ne hoc quidem omittendum est, ap. Tibull. legi etiam, Fuco splendente comas ornare. || Φῦκος a Gal. inter Metalla quoque reponitur, itidemque ab Aëtio, eum sequente. [Gl. Alga, Fucus, Muscus, Purpurissum, εἶδος ἰχθύος, Saxatilis. "Jacobs. Anth. 9, 37. 143. Heyn. Hom. 5, 527. Toup. Append. in Theocr. p. 27. Emendd. 2, 146. Valck. Adoniaz. p. 307. Alciphr. 136. Abresch. Lectt. Aristæn. 38. Dawes. Misc. Cr. 110." Schæf. Mss. Fucus, Pigmentum, Etym. M. Bekk. Anecd. 258. Spanh. Obss. in Callim. 446.]

[* Φυκόθριξ, Athen. 135. πέτρα, Anal. 2, 246.]

Φυκοφάγος, q. d. Algæ comestor, Qui algam comedit, alga vescitur. Piscis ap. Athen. (305.) qui et κίθαρος, sacer Apollini. Hæc e VV. LL. ubi ETIAM Φυκιοφάγος pro eod., tanquam e φυκίον posito pro φῦκος: [Aristot. H. A. 1, 914.]

"Ἄφυκος, Fuco carens, Non fucatus. Hes. enim "ἄφυκα exp. ἀκαλλώπιστα· παρὰ τὸ μὴ ἔχειν * φυκάριον "ὃ βάλλουσιν αἱ γυναῖκες πρὸς φιλοκαλίαν."

Φυκῶδης, Algosus, Alga abundans.

Φυκόω, Fuco, Fuco oblino. Et pass. Φυκόομαι, Fucor, Fuco oblinor. Plut. (8, 768.) Φυκούμεναι καὶ

μυριζόμεναι, καὶ χρυσὸν φοροῦσαι καὶ πορφύραν. Ubi quemadmodum conjunxit φυκούμεναι et μυριζόμεναι, sic ab Eod. conjuncta videmus μυρίζεσθαι et φυκοῦσθαι in lib. de Præc. Conn. (6, 537.) ubi loquitur de ea, quæ metuit γελάσαι πρὸς τὸν ἄνδρα καὶ πρᾶξαί τι, ne θρασεῖα et ἀκόλαστος esse videatur, Οὐδὲν διαφέρει τῆς, ἵνα μὴ δοκῇ μυρίζεσθαι τὴν κεφαλὴν, μηδὲ ἀλειφομένης· καὶ ἵνα μὴ δοκῇ φυκοῦσθαι τὸ πρόσωπον μηδὲ νιπτομένης. [Diod. S. 17, 45, διφθέραι πεφυκωμέναι, Vitruv. 10, 20. Coria alga farcta.] In VV. LL. habetur non Φυκόω, SED Φυκιόω, afferturque ex eod. Plutarchi libro; sed vereor ne mendose scriptum sit pro Φυκόω: alioqui esset a φυκίον. [Φυκιόω, Gl. Fuco. * "Φυκίω, i. q. φυκόω, Tzetz. Ch. 3, 418. πεφυκιμένος." Elberling. Mss. Leg. autem πεφυκωμένος s. πεφυκιωμένος.]

Φυκίον, τὸ, VEL Φύκιον, dimin. forma, itidem tamen pro φῦκος, Alga, ut dictum modo fuit. Plut. de Prud. Anim. Τὰ δὲ ἐδώδιμα τῶν βρύων καὶ τῶν φυκίων ἀναλαμβάνουσαι. Ubi observa poni simul, et tamen ut diversa, βρύα et φυκία. At Hes. φυκία exp. θαλάττια βρύα. Sed et pro Fuco quo utuntur mulieres, cum ap. alios, tum ap. Lucian. (2, 11.) conjungentem φύκιον et ψιμμύθιον. Item ap. Philostr. Ep. 39. Καὶ εἴτι κομμωτικῆς φάρμακον, καὶ εἴτι ἐκ φυκίου δολερὸν ἄνθος: paulo post, Τὸ δὲ φυκίον καὶ ὁ κηρὸς, Θαΐδος καὶ Λαΐδος φάρμακα. ["Thom. M. 263. Jacobs. Anth. 7, 47. 8, 92. 9, 143. Porson. Med. p. 101. ad Mœr. 49. 76. Valck. Anim. ad Ammon. 179." Schæf. Mss. * Φυκιοφόρος, Xenocr. 29. ἀκτή. * Φυκιοχαίτης, Hes. * ψαθαροχαίτης.]

Φυκιόεις, sicut et φυκώδης, supra, Algosus, Alga abundans, (Il. Ψ. 693.) θινὶ φυκιόεντι. Quidam interpr. Spumosa tempestate maris, ideo, ut opinor, quod mare in tempestate maxime algam suam ejiciat: unde est illud Virgilii, supra, scopuli nequicquam et spumea circum Saxa fremunt, laterique illisa refunditur alga. Sed non video cur a simplici interpretatione discedendum sit. Hes. φυκιόεν exp. non solum φυκία ἔχον, sed et πορφύρεον, βαθύ. ["Toup. Add. in Theocr. 401." Schæf. Mss. Theocr. 11, 14. Αὐτῶ ἐπ' ἀϊόνος κατετάκετο φυκιόεσσης, 21, 10. φυκιόεντά τε λῆδα. * "Φυκιώδης, Schol. Opp. Ἀ. 3, 420." Wakef. Mss.]

[* Φυκία, ἡ, i. q. φῦκος, Alga, Mathem. Vett. 85. Schneidero susp.]

[* Φυκίζω, unde * Παραφυκίζω, e quo * Παραφυκισμὸς, Fucatio, Clem. Alex. 232=199. * Φυκαρίζω, i. q. φυκόω, Schol. Opp. Ἀ. 1, 127.]

¶ Φυκὶς, ἴδος, ἡ, Piscis, appellata Phuca a Gaza ap. Aristot. H. A. 8, [2. Plin. 9, 26.] Ex Athen. autem affertur non solum Φυκὶς, sed ETIAM Φυκὴν, (355.) Ὁ φυκὴν καὶ ἡ φυκὶς, ἀπαλώτατα ἰχθύδια ὄντα, ἄβρωμα καὶ εὐφθαρτά ἐστι: [Aristot. H. A. 6, 13.] A φῦκος s. φυκίον nomen habere verisimile est, et ita vocari quod vivant in locis algosis. Convenit certe huic deductioni epithetum * λιμενῆτις, quod datur τῇ φυκιδι in quodam versu, quem ex Epigr. Suid. affert, Τρίγλαν ἀπ' ἀνθρακιῆς καὶ φυκίδα σοι λιμενῆτιν, Ἄρτεμι, δωρεῦμαι. [Φυκὶς, Gl. ἰχθὺς, Saxatilis. "Jacobs. Anth. 7, 47. 8, 92. 356. * Φύκη, ad Lucian. 2, 324. Φύκη, * Φυκὴ, Heyn. ad Apollod. (3, 12, 6.) p. 776. ad Anton. Lib. 254. Verh." Schæf. Mss. Φύκη, Alexis Athenæi 3. p. 107.] DIMIN. Φυκίδιον, τὸ, q. d. Phucula, i. e. Parva Phuca, ut Gaza ap. Aristot. ["Jacobs. Anth. 7, 47. 8, 92." Schæf. Mss.] At φυκίον hac in signif. recte scribi non puto.

ΦΥΛΑΣΣΩ, SIVE Φυλάττω, Custodio, Servo. Interdum et verbo Tueor reddi potest. Apud Hom. dicitur pastor μῆλα φυλασσέμεναι, Od. M. idque σεμνως, pro ποιμαίνειν, inquit Eust. in hunc versum, qui est 136. Μῆλα φυλασσέμεναι πατρώϊα καὶ ἕλικας βοῦς. Sic certe Gallice dicimus de pastore, Garder les brebis, Garder les vaches, Garder les pourceaux: verbo Garder respondente Latinorum verbo Custodire. Et ap. hos certe Custos ovium, et Custos gregis de pastore itidem dicitur. At cum φυλάσσω addidit ῥύομαί τε idem Hom. Od. Ξ. (107.) Αὐτὰρ ἐγὼ σὺς τάσδε φυλάσσω τε ῥύομαί τε. Quemadmodum item dicimus matremfamilias decere Garder la maison, sic illi de ea dicunt, οἶκον φυλάσσειν, ut in hoc Naumachii versu, Σοὶ δ' οἰκωφελίη μελέτω, οἶκόν τε φυλάσσειν: quem usum habet et in nomine composito οἰκοφύλαξ, cui significatione respondet οἰκουρός. Apud Dem. autem κτᾶσθαι τἀγαθὰ et φυλάττειν τἀγαθὰ est Bona s. Opes quærere, et Bona tueri: ex Ovidio, Non minor est virtus, quam quærere, parta tueri. Atque adeo idem et ipse Dem. verbis illis κτᾶσθαι et φυλάττειν utens, dicit: nisi quod majorem etiam virtutem visam illi esse, non solum non minorem, ejus verba testantur. Ita enim (p. 16.) scribit, Πολλάκις δοκεῖ τὸ φυλάξαι τἀγαθὰ τοῦ κτήσασθαι χαλεπώτερον εἶναι: (25.) Πολὺ γὰρ ῥᾷον ἔχοντας φυλάττειν ἢ κτήσασθαι πάντα πέφυκε. At vero ap. Xen. K. Π. 8, (2, 11.) φυλάττειν, licet ejusd. generis accus. habens, non eund. tamen usum habet; sed in vitio ponitur, cum in illis Dem. ll. in laude poni, manifestum sit. Ita enim ibi, p. 125. meæ Ed. Ἐγὼ οὐ τοὺς πλεῖστα ἔχοντας καὶ φυλάττοντας, πλεῖστα εὐδαιμονεστάτους ἡγοῦμαι· οἱ γὰρ τὰ τείχη φυλάττοντες, οὕτως ἂν εὐδαιμονέστατοι εἴησαν· πάντα γὰρ τὰ ἐν ταῖς πόλεσι φυλάττουσιν, ἀλλ' ὃς ἂν κτᾶσθαί τε πλεῖστα δύνηται σὺν τῷ δικαίῳ, χρῆσθαί τε πλείστοις σὺν τῷ καλῷ, τοῦτον ἐγὼ εὐδαιμονέστατον νομίζω καὶ τὰ χρήματα. Hic, inquam, φυλάττειν nequaquam eund. quem ap. Dem. usum habet, cum loquatur de iis qui ita φυλάττουσι sua bona, ut interim iis uti nesciant. Fuerit igitur reddendum φυλάττειν non itidem Tueri s. Conservare, sed simpliciter Servare s. Custodire. Videmus autem et alios hujus verbi φυλάττειν usus in illo ipso Xen. loco, sed de iis postea. Nunc ad Hom. revertor, ap. quem legitur etiam φυλάσσειν χόλον, Il. Π. 30. Μὴ ἐμὲ γοῦν οὗτός γε λάβοι χόλος, ὃν σὺ φυλάσσεις. Itidem certe hic, i. e. cum ejusd. signif. accusativo, utimur verbo illo Garder. Dicimus enim Garder sa colère, (quod vocab. Colère χόλον significat,) vel Garder son courroux. Latine haud scio an itidem dicatur Servare iram s. simultatem. Poëtæ certe Premere iram s. iras hac signif. dicunt; ut etiam Premere curam, et Premere curam sub corde, nec non Premere corde dolorem, Virg. Et in soluta oratione, Simultatem gerere, nihil aliud est quam χόλον φυλάσσειν. Herod. autem pro eod. dixit χόλον πιέσαι, si Eustathio [ad Il. A. p. 40.] credimus. Quod loquendi genus plane respondet illi Poëtico Premere iram. Estque obiter notandus hic VERBI Πιέζειν usus. Vult præterea Eust. χόλον πέψαι s. καταπέψαι i. valere q. χόλον φυλάσσειν: qua in re nullo modo assentiri illi queo. Ceterum ut Hom. φυλάσσειν χόλον, sic Plato de LL. φυλάττειν θυμὸν dixit, quod quidam interpr. Conditam iram tenere. Apud Eund. φυλάττειν μνήμῃ, Servare in memoria, (dicitur alioqui potius, Servare memoriam rei alicujus: Plin. dixit etiam, Ex iis quas hominum memoria custodit;) Memoria tenere, Mente conditum tenere. Habet vero et aliam Servandi signif. cum dicitur νόμον φυλάττειν, s. τὸν νόμον, aut τὰ δικαιώματα τοῦ νόμου, in N. T., ubi φυλάττειν redditur ad verbum Servare. Invenitur certe itidem τοὺς νόμους φυλάττειν ap. Aristot. et Dem.; sed verbo φυλάττειν paulo alium quam illic usum habente, ac ne eund. quidem ap. utrumque. Ita enim Dem. Mid. Χρὴ δὲ, ὅταν μὲν τιθῆσθε τοὺς νόμους, ὁποῖοί τινες εἰσὶ σκοπεῖν· ἐπειδὰν δὲ θῆσθε, φυλάττειν καὶ χρῆσθαι: videtur enim φυλάττειν τοὺς νόμους hic esse Servare leges, i. e. Eas retinere, nihilque in illis innovare. Fateor tamen posse et ita accipi φυλάττειν ut in illis N. T. ll. Apud Aristot. autem φυλάττειν τοὺς νόμους est Tueri leges, Legum auctoritatem inviolatam servare. Ita enim puto intelligi debere in isto ejus loco, de Rep. 3. ubi de rege loquitur, Εἰ γὰρ καὶ κατὰ νόμον εἴη κύριος, μηδὲν πράττων κατὰ τὴν αὑτοῦ βούλησιν, παρὰ τὸν νόμον, ὅμως ἀναγκαῖον ὑπάρχειν αὐτῷ δύναμιν, ᾗ φυλάξει τοὺς νόμους. Alioqui certe illi φυλάσσειν νόμον, sive τὸν νόμον, simile videri possit quod dicit Hom. φυλάσσειν ἔπος; Il. Π. (686.) εἰ δὲ ἔπος Πηληϊάδαο φύλαξεν, Ἦτ' ἂν ὑπέκφυγε κῆρα κακὴν μέλανος θανάτοιο, Si servasset verba Achillis, mortem effugisset, i. e. Si monitis s. consilio Achillis paruisset. Cui loco similis est hic Propertii, Quod si etc. verbaque duxisset pondus habere mea, Viveret ante suos

dulcis conviva penates. Sed Eust. videtur φύλαξεν accipere pro φύλαξεν μνήμῃ, quippe qui de eo scribat, ἐσθλῆς ἑταίρου παραιφάσεως λαθόμενος τοὺς πολεμίους μετεκίαθε. Apud eund. Poëtam Il. Ω. (111.) legimus, Αἰδῶ καὶ φιλότητα τεὴν μετόπισθε φυλάσσων. Ubi φιλότητα φυλάσσειν non male, ut opinor, e Virg. interpretabimur ad verbum, Amorem servare. Interdum vero φυλάσσω ad eam verbi Servo signif. pertinet, qua convenit cum Tueor s. Tutor: quem usum supra quoque e quodam loco habuisti. Homero certe frequens est, qui verbum παρίσταμαι ei interdum præponit, nonnunquam ῥύομαι postponit, cum alioqui φυλάσσειν cum ῥύεσθαι alia etiam de re ab eo usurpetur, ut antea docui. Sed his addendus est is verbi φυλάττειν usus, quo dicitur φυλάττω σε ἀπὸ τούτου, Tueor te ab hac re. Aut etiam, Custodio te ab hac re, ut Fabius dixit, Ab injuria aliquem custodire. Extat porro et hujus constr. exemplum ap. Xen. K. Π. 1, (4, 7.) p. 9. Καὶ φύλακας συμπέμπει ἐφ' ἵππων πρεσβυτέρους, ὅπως ἀπὸ τῶν δυσχερῶν, vel δυσχερειῶν [al. δυσχωριῶν] φυλάττοιεν αὐτὸν, καὶ εἰ τῶν ἀγρίων τι φανείη θηρίων. Hanc quoque verbi hujus constr. in N. T. habemus, ut 2 ad Thess. 3, (3.) Ὃς στηρίξει ὑμᾶς καὶ φυλάξει ἀπὸ τοῦ πονηρου, Qui vos firmos reddet, et tuebitur a malo. Sic ap. 1 Jo. 5, fin. Τεκνία, φυλάξατε ἑαυτοὺς ἀπὸ τῶν εἰδώλων, possit fortassis verti, Tuemini vos ab idolis, licet alioqui commode reddatur Cavete vobis ab idolis. Vetus certe Interpres et hic et illic verbo Custodire usus est, cujus talem constructionem e Fabio modo attuli. Optime autem hæc loquendi forma cum nostrate convenit, atque adeo ei ad verbum respondet. Dicimus enim, Gardez-vous de ceci, quod sonat, φύλαττε σεαυτὸν ἀπὸ τούτου. Perinde ac si dicas Latine, Custodi teipsum ab hoc. Vide Φυλάττω pro Caveo, infra.

Φυλάττω ad Custodiendi potius quam Servandi signif. pertinet, cum de iis dicitur, qui custodes aut qui excubitores s. vigiles appellantur, sine adjectione positum. Herodian. 2, (1, 13.) Ἐπιστάντες δὲ αὐτοῦ κεκλεισμένης τῆς οἰκίας ταῖς θύραις, διεγείρουσι τὸν φυλάττοντα, ubi Polit. τὸν φυλάττοντα non dubitavit reddere Janitorem. Thuc. 7, (28.) p. 241. Πρὸς γὰρ τῇ ἐπάλξει τὴν μὲν ἡμέραν κατὰ διαδοχὴν οἱ Ἀθηναῖοι φυλάσσοντες, τὴν δὲ νύκτα, καὶ ξύμπαντες, πλὴν τῶν ἱππέων, ubi Interpres reddidit Excubantes. Idem tamen in hoc, qui paulo ante habetur loco, Καὶ κατὰ τὴν χώραν φυλασσόντων, reddiderat, Omnem circa regionem tutantium. Malim ego, Custodiam circa regionem agitantium. At φυλακὰς φυλάττειν vide in Φυλακή. A Bud. φυλάττω redditur etiam Insidias colloco, vel Vigilias, et Xenophonti hic usus ascribitur, cujus ex Hipparchico locum affert, p. 773. In VV. LL. redditur et Custodio præsidio, quæ interpr. ei convenit potius cum suum accus. habet. Ibid. Ἐφύλασσον τοῖς Ἀθηναίοις, pro Atheniensibus præsidio stabant.

Φυλάττω, Observo. Il. B. (251.) νόστον τε φυλάσσοις. Nam et Eust. exp. ἐπιτηροίης, itidemque Hes. φυλάσσειν esse dicit ἐπιτηρεῖν. Latine certe dixerim potius Observes occasionem reditus, quam simpliciter Observes reditum. Vel, Immineas occasioni reditus. Sed παρακατέχοις, quod addit, non satis placet. In soluta quoque oratione non infrequens est hic verbi istius usus. Φυλάττειν, inquit Bud., est etiam παρατηρεῖν, i. e. Observare, et Captare occasionem. Athen. Φυλάξας ἀσέληνον νύκτα, Observata nocte obscura. Sic et in aliis plerisque Il. usus est. Dem. Φυλάξας τὴν τελευταίαν ἡμέραν, ut incautum opprimeret sc. Thuc. (3, 105.) Φυλάσσοντες τοὺς μετὰ Εὐρυλόχου Πελοποννησίους, μὴ λάθωσι διελθόντες. Hæc ille. Est porro similis illi Athenæi loco hic Thuc. 2, (3.) Φυλάξαντες νύκτα. Ac possumus utrobique φυλάττειν νύκτα interpretari, Observare occasionem noctis, vel potius opportunitatem. At in illo altero Thuc. loco nequaquam tale interpretationis genus locum habere possit. Itidem certe verbum Custodire pro Observare positum ap. quosdam Latinos Scriptt. invenitur, sed raro. Interdum etiam Custodire et observare, conjuncta leguntur.

Φυλάττω, Caveo, Vito. Dem. Φυλάττων τὸ μηδὲν ἐναντίον γενέσθαι τούτοις οἷς ἅπαντα πολιτεύῃ, Intente curans, vitans. Huic autem exemplo, quod Bud. affert, addere possumus hoc e Thuc. 7, (17.) p. 237. meæ Ed. Ὅπως φυλάσσοιεν μηδένα ἀπὸ Κορίνθου καὶ τῆς Πελοποννήσου ἐς τὴν Σικελίαν περαιοῦσθαι, Ut caverent ne etc.: at Interpres vertit, Ad custodiendum ne. Apud Plut. autem cum ὅπως, de Def. Orac. 725. meæ Ed. Ὧν μήδεσθαι προσήκει, καὶ φυλάττειν ὅπως ὑπ' ἀνθρώπων οὐκ ἀπολοῦνται πονηρῶν, θεῷ λατρεύοντες. Usurpatur alioqui multo frequentius vox passiva φυλάττεσθαι in Cavendi signif. Sed φυλάττειν invenitur et cum pronomine composito, et præp. ἀπὸ habente suum gen. eand. interpretationem admittens, cum sc. dicitur φυλάττω ἐμαυτὸν ἀπὸ τούτου, vel φύλαττε σεαυτὸν ἀπὸ τούτου. Cum enim hæc sonent ad verbum, Custodio meipsum ab hoc, et Custodi teipsum ab hoc, possumus reddere, Caveo mihi ab hoc, et Cave tibi ab hoc. Sic supra in loco Joannis, Τεκνία, φυλάξατε ἑαυτοὺς ἀπὸ τῶν εἰδώλων, Filioli, cavete vobis ab idolis, ut si Gallice dicas Gardez-vous des idoles. Vide supra.

Φυλάσσομαι, SIVE Φυλάττομαι, ut voce, ita etiam signif. passiva, Custodior, Servor. Aristoph. Σφ. (1355.) Νέος γάρ εἰμι, καὶ φυλάττομαι σφόδρα. Τὸ γὰρ νέδιον τηρεῖ με. Herodian. 4, (4, 9.) Κελεύει αὐτὸν ἁρπάσαντας ἀπάγειν εἰς τὸ στρατόπεδον, ὡς ἂν σωθῇ ἐκεῖ φυλαχθείς. Et PARTIC. Πεφυλαγμένος passive itidem: e Nonno, σέλας πεφυλαγμένον ἠοῦς, Lumen auroræ diligenter observatum.

Φυλάσσομαι, SIVE Φυλάττομαι, passiva quidem voce, sed activa signif., pro Custodiam ago, Excubias ago, ut Bud. ap. Xen. interpr.: afferens itidem φυλαττόμενοι pro Iis qui sunt in propugnaculis urbium, ex Aristot. Polit. 7. Ὥσπερ γὰρ τοῖς ἐπιτιθεμένοις ἐπιμελές ἐστι δι' ὧν τρόπων πλεονεκτήσουσιν, οὕτω τὰ μὲν εὕρηται, τὰ δὲ δεῖ ζητεῖν καὶ φιλοσοφεῖν καὶ τοὺς φυλαττομένους. Sic autem usus Hom. passiva ista voce fuerat, Il. K. 419. Οἱ δ' ἐγρηγόρθασι, φυλασσέμεναί τε κέλονται Ἀλλήλοις. Ibid. voce activa φυλάσσειν utitur. Habet interdum φυλάσσομαι et eam verbi φυλάσσω signif. qua ponitur pro Observo; nam ap. Hesiod. (Ἡμέρ. 1.) Ἤματα δ' ἐκ διόθεν πεφυλαγμένος redditur Dies observans. Apud Eund. (Ἔργ. 2, 324.) Εὖ δ' ὅπιν ἀθανάτων μακάρων πεφυλαγμένος εἶναι, redditur Observato. Quidam autem, Conservato.

Φυλάσσομαι, s. Φυλάττομαι, rursus passiva quidem voce, sed signif. activa, Caveo. Gallice autem exprimi possit eadem voce, qua et activum φυλάσσειν, sc. verbo Garder: sed adjunctum habente pronomen, aliamque constr., sicut et alium usum. Dicimus enim Gardez-vous de faire cela, et eadem signif., Donnez-vous garde de faire cela, ut Græci φυλάσσου τοῦτο ποιεῖν. Pro quo Lat. Cave hoc facias. Sic Dem. dixit φυλάττομαι παραβαίνειν. Aristot. de Anim. 9. Φυλάσσεται ὁρᾶσθαι, Cavet ne conspiciatur. Affertur vero et φυλάττομαι στρατεύεσθαι e Xen.; sed redditum, Abstineo a bello inferendo. Invenitur pro Caveo, habens et particulam μὴ ante infin., ut in hoc Luciani loco in Solœcista, (init.) Ἄρά γε ὁ γνῶναι τὸν σολοικίζοντα δεινὸς, οὗτος καὶ φυλάξασθαι μὴ σολοικίζειν δυνατός. Sic certe Lat. dicunt Cave hoc facias, et Cave ne hoc facias. Habet porro et alias quam cum infinitivo constrr. Dicitur enim φυλάττομαι μὴ, et φυλάττομαι ὅπως μὴ, sequente verbo subjunctivi modi: item φυλάττομαι τοῦτο, s. τοῦτον et φυλάττομαι ἀπὸ τούτου. Xen. Ἀπ. 4. Καὶ φυλαττόμενον μὴ δόξῃ, κ. τ. λ. Ex Eod. (2, 2, 8.) affert Suid. Φυλασσόμενος μὴ δοκοίη φεύγειν, quod exp. προορώμενος, προσκοπούμενος. Exemplum autem constructionis cum ὅπως μὴ, ap. eund. Xen. (1, 2, 37.) Φυλάττου ὅπως μὴ ἐλάττους τὰς βοῦς ποιήσῃς. Isocr. aliam etiam constr. dedit particulæ ὅπως, ad Phil. Εἰς δὲ τὸν ἐπίλοιπον χρόνον φυλακτέον ὅπως μηδὲν συμβήσεται τοιοῦτο. At cum accus. ut ap. Hesiod. Ἔργ. (1, 261.) Ταῦτα φυλασσόμενοι βασιλῆες. Et ap. Thuc. (4, 61.) Φυλάσσομαι τὸ ἐπιόν. Plut. de Socr. Dæm. Τί γὰρ κωλύει μηδενὸς καταφρονεῖν, ἀλλὰ πάντα φυλάττεσθαι; Act. 21, 25. Εἰ μὴ φυλάσσεσθαι αὐτοὺς τό, τε εἰδωλόθυτον καὶ τὸ αἷμα, καὶ πνικτὸν, καὶ πορνείαν, Nisi ut caveant ab iis etc. Vet. Interpres, Ut abstineant